ἡ τὸς ιπαρχικῆς ταξιδεως. In annotationibus aliis brum primum eius operis, monui ταξιδεως idem est quod officium seu apparitionem: hoc est certum numerum militum qui judicibus apparebant. ταξιδεως sunt Praefecti Praetorio, ita dicti, quod summi τοις αρχεστοις, id est, supra Praefides & Rectores provinciarum. Igitur ιπαρχικὴ ταξιδεως est officium Praefectura Praetorio, de quo confundere est Nominis Imperij Romani. Porro officium Praefecti Praetorio reliquis omnium Magistratum officiis praebat. Nam ut Praefectus Praetorio ceteros judicem citiam civiles quam militares dignitate superabat, sic etiam eius Officiales reliquis omnibus praebant apparitoribus. Hinc in Concilio Chalcodoniensi Actione 3. μισθον ταξιδεως dicitur officium Praefectorum Praetorio. φαιδροὶ δὲ τοις αἰδοῖσι μισθοὶ ταξιδεως. Hac porro non intelliguntur Interpretes, quorum errorem malo equidem silentio premere, quam ambitione refutare. In codice Fuk. scriptum inveni καὶ τὴν ιπαρχικὴν ταξιδεως, ut in Savili libro.

τοπογραφίας πατερική. Christophorus venit Hisce enim per literas a me significatum est, de suo abdendo ame, quod non probo. Neque enim Imperator ipse, sed Praefecti Praetorio ciuismodi litteras plurimum dabant.

ταυταὶ μὴ οὐσι. Ab his verbis novum caput inchoatur in codice Regio. Porro ex his verbis apparet, Constantinum literas eodem exemplo dedidit ad reliquos Episcopos Orientis.

In Caput XLVII.

τὸ διδασκαλικὸν τὸ εἰδωλολατρικόν. Pessime interpres hunc locum verterunt, cum existimatorem adjectivum esse, nec animadverterent post eiusmodi regulam esse apponendam. οὐδὲ nihil aliud est quam pietas, i.e. divini Numinis observantia. Sic in eis hujus libri, & alibi sapere apud Eusebium.

διδασκαλικὸν τὸ εἰδωλολατρικόν. Scribendum est διδασκαλικὸν εἰδωλολατρικόν, ut in Moræ libro ad marginem emendatum inveni. Est autem διδασκαλικόν, concorditer, διδασκαλικόν. In codice Fuk. hic locus ita scribitur: διδασκαλικόν τὸ εἰδωλολατρικόν, πλήρες, &c.

τὸν φρόντιον επιχειρεῖσθαι. Pessime hæc verba Christophorus qui ut opinor, Portelius verisem non viderat. Recte enim Portelius hæc verba

interpretatus est, quamvis sensum non sit esse A
cetus.

In Caput XLVIII.

μηροπή τῆς ἀληθείας αρτοῦ. Virtus hīc properfēctione sumi videtur, tam cā quæ est in visu quam quæ in intellectu. Utraque enim vis at perfēctio eodem tendit, ad veritatem scilicet notitiam. Senus quidem ad veritatem rerum sensibilium: intellectus verò ad intelligibilium veritatem: ex ipso rerum sensibilium veritate progrederit: & hinc ad lumini Dei notitiam gradatim alcendit. Potest etiam hoc loco: αρτὸν τὴς ἀληθείας dici vis ac virtus veritatis. Quæ sequuntur tamen, de morali virtute hunc locum accipendum esse confirmant.

dvōr@. Lego dīvōr@, ut est in Fuk. Moræ & Gruteri libro. Paulo post scribo διὸ τῷ μὲν αρτῷ σῖρας & φύκεται. Sunta autem hæc valde obſcura & intricata: quod partim Constantinus ipsi tribuendum est, qui utpote ἡγεμῶν, in dicendo erat obſcurior; partim Eusebii, seu cui alteri qui ex latinis obſcuris græca fecit obſcuriora. In manuscripto Fuketii libro ἀρτὸν legitur, & διὸ τῆς μὲν αρτοῦ, &c. optime.

In Caput XLIX.

ἰερυλίου πόλεων. Civilia bellavocat persecutions Christianorum. Nihil enim similius civili bello, quam cum Christiani in singulis civitatibus, non hostium aut barbarorum, sed civium suorum incursione fugabantur ac mactabantur.

In Caput L.

τῆς ἀνθετοῦ. Scribendum est τέτοιος τρόπῳ, vel si mavis illerakatphos, quam lectionem in interpretatione mea sum fecutus. Portefius quoque & Morinus de Pythia seu færcote Apollinis hæc intellexerunt. In optimo tamen Fuketii librototus hic locus ita scribitur: τέτοιος κατηφεῖς τοις πλακάμοις αρτενας πεποίνα τὸν μαρτίαν τὸν ἐλαυνόμενον, &c. cui contentus codex Savillii. Mox in iisdem codicibus legitur εἰς ὅποιον τέλον κατιληγετο.

In Caput LI.

κομιδὴ πάτερ ὑπάρχων. In græco hujus capititis titulo rectius scribitur βέρ@. Neque enim Constantinus puer tunc erat, cum in aula Diocletiani obſidis loco versaretur. Quippe à patre Constantio traditus est Diocletiano, anno Christi 291, cum Constantius à Diocletiano Cæsar factus fuisset. Quo quidem tempore Constantinus annum ætatis circiter quintum decimum agebat. Mortuus est enim anno Christi 337. ætatis sua secundo ac sexagesimo.

βέρ@ θάνατοι. In manuscriptis codicibus Fuketii & Savillii rectius legitur βέρ@ θάτεα. neque aliter scriptum exhibet Regius codex.

μαρφόνεις ἀποκαίσ. Alludit ad mucronem stili. Porro eleganter Constantinus, leges illas de persecutione Christianorum scriptas sūisse dicit cruentis gladiorum mucronibus. Sic Draconis leges, sanguine non atramento scriptas sūisse quidam veterum dixerunt.

ἐπείσειν παρεστάντο. Mallem dicere ἐπείσειν, ut loqui solet Eusebius.

In Caput LII.

παροντας πάρηστις ἵνε. Sic supra in libro primo Pag. 468. de Severo Cælare dixit Eusebius πάρηστος θεοτοτε, ubi vide quæ de hac locutione annotavimus. Nam Interpretes nihil hic viderunt.

ζηλικία πάση. Codex Fuketii scriptum exhibit ζηλικία πάση. Paulo post in eodem codice & in schedis Regiis scribitur οὐ γέλει μηρα αὐτη τῷ περὶ θεοτοτε θ. επικαλύπτετο.

In Caput LV.

ἡ ἀγιωτάτος τοσοῖνον. Ecclesiam Catholicam in Pag. 469. telligit, quam cap. 56, domum veritatis appellat. In facris libris columnæ & firmamentū veritatis dicitur. Paulo post scribe ex codice Fuherii, Savillii & ex sche-
dis Regiis οὐ οἱ ματαροὶ τεκνοί, &c.

In Caput LVI.

τρὸς πλεινεῖσθαις αγαπᾶν δὲ τὸν λαζαρό. In libro Fuketii legitur λαζαρός. Sed vera lectio est quam in veteribus schedis Bibliotheca Regiae inveni λαζαρός. Quod profecto longe est elegantius.

ιερος Στέρνης οὐ θεοῦ θελητας, τοῦ τοιούτου πρατήτω. Id est, quam quisq; vult religionem colat. Quibus verbis Constantinus, integrum colendi prout quisque vellet numeris libertatem subditis suis dereliquit. Quippe religiosissimus Princeps omnes quidem mortales ad Christi fidem transire maxime concupivit: neminem tamen ad id unquam coegit. Ac Gentiles quidem pristino errore liberatos voluit: templorū tamen ceremonias & sacrificia non prohibuit, ut Cipio testatur infra cap. 59.

In Caput LVII.

κατὰ τὸν ιπεισαχθεῖσαντον. Legο κατὰ τὸν ιπεισαχθεῖσαντον. Atque ita scripum exhibet codex Fuketii & Sa-
villii.

πολλὴ τὸν ιερούσατο διάκονος, id est, multiplex di-
nitatis, puta Solis, Lunæ, astrorum & elementorum,
de quibus supra dixi. Hæc enim singula, nisi unus
Dei nutu ac potestate regerentur, utique Dii ef-
fent. ιερούσατο igitur est potestas, nullius dominationi
subjecta, quam vulgo independentiam vocamus,
qua solius Dei propria est.

οἱ γηράτεις ταῦτα μαρτυρεῖτε. Deos Gentilium
intelligit, ut supra dixi. Solem scilicet, Lunam &
reliqua mundi elementa quæ pro Dii coluit an-
tiquitas. Mox scribe ex codice Fuketiano τὸν ιε-
ρωπονομαχοτο θεον, ut legitur etiam in Regiis
schedis.

In Caput LIX.

γνοῖσας θνητομένοις αρτοῖς. In codice Fuketiano
& Savillii legitur γνοῖσας.

αλλοι τὸν μαρτυρεῖσθαι. Id est, quisquis curari se
non finit, nec morbo idolatriæ liberari; sibi im-
putet, cum medicina in promptu sit. Male Chri-

cc

Stophorfonus hunc locum interpretatur, hoc modo: *alters qui sanari vult, non virtuo verat.* Nam deo Portesio nihil dico, qui fere ubique à vero sensu deerrat. Mulculus certe hac non infeliciter vertit.

In Caput LX.

Pag. 471. ὅπερ πει τας ιαυτας ἀναδιδοντας. In codice Regio supereruptum est eadem manu ἀναδιδοντας. Utrumque certe ferri potest.

τῆς ἀληθείας πίστω. Id est veram fidem. Idem enim est, ac si diceret: τίλεται ηθεία τῆς πίστως. Sic iterum loquitur in cap. 69. infra.

Ἐπέτεος οἰκείας. Verba sunt deflumpta ex Epistola Pauli. Porro ut hic Hellenismum vocat potestatem tenebrarum, sic infra cap. 65. Christianismum vocat lucis potestatem & efficaciam.

ἐπανάγεσις. Hæc vox proprie significat conspirationem ac rebellionem: quod quidem de idolorum cultu optime dicitur. Est enim idolorum cultus, defectio a vero Deo.

τῆς κοινῆς αραιότητος. Scribendum videtur ἀναδιδοντας. Nam vulgata vox ex superiori linea repetita esse videtur. Porro in fine hujus editi apposita erat fine dubio hæc subscriptio, de qua superius multa dicti. Ἀποτέλεσμα δὲ τούτης ἡ πρώτης αναδιδοντος μέρους. Hæc enim subscriptio proprie convenit huic editio, utpote quod missum est ad Provinciales Orientis.

In Caput LXI.

σάστρον εἰρηνήν ἐπεξεῖλας. Scribendum videtur ἀναδιδοντας. Porro φένες hoc loco est invidus dæmon. Sic enim loquitur Eusebius multis in locis.

Pag. 472. τοτούτοις δὲ διδούσιν. In codice Regio legitur δὲ διδούσιν, quod magis probo. Totus igitur locus sic scribendus est: εἰς τοτούτοις δὲ διδούσιν ἀπειπεῖται, &c. Certe in Fuketiano codice legitur εἰς τοτούτοις.

In Caput LXII.

οἱ δὲ αὐτοὶ πάτερ τῶν ἀγρυπνῶν. Melitianos intelligit de quorum schismate videndum est Epiphanius & Baronius.

In Caput LXIII.

σεβασμούς μητρὸν ἀρέψα. Hosium Cordubensem intelligit, ut scribit Gelasius Cyzicenus in libro 2. & post illum Photius in Bibliotheca capite 127. & Nicephorus. Etante hos omnes Socrates atque Sozomenus.

In Caput LXV.

Pag. 473. τὸν δέ το δέ τον φέρειν. Mallem scribere διατονην, aut φέρειν. Contra in principio hujus epistola pro διατονην mox φέρειν, malim legere φέρειν. Mox scribo φέρει μιαν εἶχεν τὸν τοντον οὐδὲ ex codice Fuketiano & Savili. Mallem tamen scribere φέρει μιαν.

καθάπτηται πότι. Desunt hic nonnulla, quæ in libro Moræ ita supplentur καθάπτων οὐσιατι πάρον καὶ διερθάσαται, &c. prout etiam legitur in editione Genesensi. Ego libentius hunc locum ita suppleverim, καθάπτων οὐσιατι τὸν τοπανόν πάρον εἰλιθιαστατηροῦσμένων. Verum cum in optimis codicibus Fuketiano & Savili locutus ita

A suppletur ut supra posui, eam Scripturam sequitur. Porro in Fuketii libro deest vox τοντον.

In Caput LXVI.

μανιας γε σφιπεστι. Scribendum omnino posset. Paulo post ubi legitur ἡ διὰ τοῦτο, expugnata est particula ἡ. Donatistas autem intelligunt, quæ post Romanam & Arelatensem synodum, post judicium ipsius Constantini, adhuc in Africa tumebantur.

τὸν κονδὺ τῆς σικημένης ἐχθροπολεῖας. Licinio procul dubio intelligit, ut declarant quæ sequuntur verba: δὲ Φιλάπος ψαῦν οὐκέτος, &c. Nam Licinus Synodos Christianorum Antititum proibuerat, et testatur Eusebius in libro 1. cap. 51. At Chirillophorus communem humani generis hostem hoc loco diabolum esse existimat, graviter. Est igitur hic hujus loci sensus. Cogitabam, inquit Constantinus, devicto Licinio quoddam exercitus Orientalibus Episcopis mittere in Africam, ad pacem illuc inter Donatistas & Catholicos compendiam. Cum enim & Italicæ & Galliarum Episcopi ad efficeri non potuerint, vestra deinde operi perfectum iri sperabam. Sed, ut video, vos iipscicatoribus egitis.

δασεναιας. Scribo δασεναιας eīλαιμιcum Genesem Moræ libro, quibus contentum codex Fuketiano Savili & Regia Ichedax.

In Caput LXVII.

ὑπανωτηριας διγρανηδι. Procul dubio scribendum est οὐας, ut in Moræ libro ad marginem emendatur. Nec aliter legitur in codice Fuk. & Savili. Porro Constantinus Aegyptius dicitur inter Orientis populos enumerat, quod non nisi Christophorionus. Aegyptius certe tunc tempore inter Orientis provincias censebatur, iam inde a Maximini temporibus, qui Caesar in Oriente constitutus Aegyptum subiit habuerat. Hinc etsi Amm. Marcellinus in libro 14. ubi provinciam Orientis recentet, Aegyptum ac Melopotamiam etiam cum numero fuisse teltatur. Locus est in pag. 11. editionis nostræ. Sed & Comes Orientis Aegyptum ac Melopotamiam sub dispositione sua habebat Constantini & Constantini temporibus, utdebet et etsi hæc inscripsi: M. MAECIO MEMMIO FLIRIO BALBURIO CACILIANO PLACIDO. C. V. COMITI ORIENTIS AEGYPTI ET MESOPOTAMIAE. CONSILI ORDINARIO. &c. Quintem sub potentiis imperatoribus, licet Aegyptiaca dictæ ad Orientali sejuncta esset, semper tamen sub Praefecto Praetori per Orientem tut, ut ex imperio Novissim constat. Paulo post scribendum videtur ζητεῖν πειρατας.

ἀμαρτιας τη μετάδηλην. Hoc est quod dixi superiori capite: τὸν τοντον οὐσιατι πάρον καὶ διερθάσαται, &c. intelligit autem Constantinus pectum Hadrianopolitanum & Chaledonense. Quorum illud contingit quinto nonas Julias. Hoc vero 14. Calendas Octobres anno Christi 324. Sub illicem autem hujus anni data esse videtur hæc Epistola.

τοτούτοις προστοτειλούσια. Legendum potest. Fortale cuiam προστοτειλούσια, id est, dilectionem illud Donatistarum rursum inquirere ac cipitadit.

decreveram. In optimo Fuketii codice legitur τι A zicenus & Nicephorus habent γράμμα, id est, aures & animum misericordiam accommodans. Sed vulgata lectio re-
tior est. Sic enim Constantinus loquitur infra in
hoc capite. Epiphanius vertit voluntatem prabeni.
εἰ δὲ οὐσίας τοῦτο γνωμασίας. Scribendum videtur
φιλοσοφίαν vel σοφίαν ταῦτα γνωμασίας.

η τοῦτο τὰ τοῦτα γνωμασίας. In codice Regio, Fuk. &
Savil. legitur η τοῦτο ταῦτα γνωμασίας. Apud Nicephorūm au-
tem legitur η τοῦτο ταῦτα γνωμασίας quād in vulgatis edi-
tionibus. Mox emendavi ex codice Fuk. & Sav. η τοῦτο ταῦτα γνωμασίας.

εἰ δέ ποτε τέτορα. In codice Regio & Fuk. legitur
ποτέ τέτορα sine prepositio: quæ lectio ferri potest, si
vocem ποτέ τέτορα referas ad ea que sequuntur η βλασφη-
μίας, η χιονίας. Duorum, inquit, alterum, aut

B blasphemiz, aut blasphematis nascetur occasio. At So-
crates ac Gelasius & Nicephorus hoc loco scriptum
habent addit: εἰ δέ ποτε τέτορα. Est certe hic locus ob pra-
vam syntaxim difficulter & oblecurus. Itaque in codice
Regio ad latus hujus linea apponitur nota φ. & η
hoc modo φ. id est, φίοντος.

πρὸς τὸ τέτορα ταῖς συνθήκαις. Communionis tesserā
vertit Langus & Musculus, Christophorus, cū Alexan-
drum & Arium concordes dici non posse existima-
ret; quippe qui de tantis rebus inter se dissident. Verum Constantinus eos nihilominus unanimes
vocat, cūm de utroq; bene sentiret, eisq; verbis po-
tius quam re ipsa & animo dissidere crederet. Vox
autem ἀγρίου parum convenire videtur Antistiti-
bus. Utuntur quidem hac voce Imperatores in lite-
ris suis ad Rectores provinciarum. Sed cūm sacer-
dotes alloquuntur, sanctitatem, gravitatem vel pru-
dentiam frequentius dicunt. Closissime veteres ἀγρίου
sisterunt, experientia.

εἰς τὸ τέτορα ταῖς συνθήκαις. Vox ἀγρίου
in neutrogene posita videtur. Reficitur enim ad ar-
ticulum οὗτον, cui mox respondet rectius. Rectius in
codice Regio & Fuk. post verbum μετάσησα ap-
ponitur virgula. Neque enim lensus absolutus est.
At Christophorus contra morem suum, ex una
periodo duas fecit.

In Caput LXIX.

τὸ δέ ποτε ταῖς συνθήκαις. Addendum omnino est
φορεῖ ex Gelasio Cyziceno in lib. 2. cap. 4. Nice-
phorus autem in lib. 8. cap. 13. habet γράμμα. Mox ubi
legitur ποτέ τέτορα, codex Fuk. & Savil. scriptum ha-
bent η ποτέ τέτορα rectius.

ἀπόβολαι ιντερπετα. Rectius in Gelasii libro legi-
tur αὐτοὶ θυκατ. id est, opposisti, objecisti. Atque ita
legerat Epiphanius scholasticus, ut patet ex cap. 19.
historia tripartita.

εἰς τὸ δέ ποτε ταῖς συνθήκαις. Nicephorus primam vo-
cem utpote superfluum expunxit, quam tamen ha-
bent omnes libri, & Epiphanius scholasticus in ver-
sione sua retinuit.

η παρατίθεται οὐδὲ θυκατ. Langus vertit: conveniens
quidem solemnis quibusdam denegatus, Christophorus
vero sic interpretatur: Conveniens qui in Ecclesia
fieri solet, impeditus. cuiusdor sit pro synaxi hic ac-
cepertum, quo sensu ea vox non infreuentur ulter-
patur. Sic rursus in hoc capite εἰς διηγοτας συνθήκαις
ινθεται, & in cap. 68. Sed & Epiphanius scholasti-
cus vertit mysteria contemnuntur.

η ποτέ ταῖς συνθήκαις. Socrates ac Gelasius Cy-

zicenus εἰς ταῖς συνθήκαις. Legendum est η ποτέ ex Gelasio,
Nicephoro & Epiphanio. Et paulo post η ποτέ ex
iisdem; quibus consentiunt codex Fuk. & Savil. &
schedæ Regia.

In Caput LXXI.

τὸ δέ ποτε ταῖς συνθήκαις. Rectius dixisset αὐτοὶ θυκατ. Paulo
ante lego ex codice Fuk. & Savil. η ποτέ αὐτοὶ θυ-

κατα. τοῦτο ταῖς συνθήκαις. Id est, hoc meus studium
aque institutum, concordiam in Ecclesia stabilendi,
omnesque homines ad unius Dei cultum traducendi. De
quo studio dixit Constantinus initio hujus Episto-
lae, & alibi passim gloriatur.

τοῦτο ταῖς συνθήκαις. Lex enim nihil aliud
nobis præcipit quam caritatem; ut scilicet Deum
quidem toto cordis affectu diligamus, proximum
vero sicut nosmetipso. In his duobus tota lex
consistit, ut ait Dominus in Evangelio. Hac no*te*
ee ij

intellexit Christophorus, qui sic vertit: *Unumque legis ac discipline institutum (quod quidem cum suis partibus universum Ecclesia corpus, consensente animorum concordia & propenso devicit.) Recitius Portus: Praeceptumque legis in id omnibus partibus incepit, ut in unam aumam universum concludat.* Forte etiam scribendū est rōtēdōrī autē μηρον. Duæ sunt enim partes hujus mandati, quarum altera ad Deum, altera ad proximum pertinet.

Pag. 477. Τούχας ἔκρασθητε. Id est, deorsa caligine simulatum, qua mentis vestre actes erat obducta aique obscurata. Sequitur enim ἀλλοει πήρωτε, id est: *Vos vesciss agnoscite, amplectimini, salutare.* Quibus verbis alludere videtur Constantinus ad modum Christianorum sui temporis: apud quos in factis conventibus, dum populus ad perceptionem mysteriorum accederet, diaconus saepius inclamabat εἰπει τοις αδελφοῖς, ne quis lecilect prophanus aut Judaeus ad sacram mensem irreperet, ut docet Chrysostomus in oratione prima contra Iudeos pag. 440. tom. primi. Eodem verbo usus est Marcion cum Polycarpum aliquando videlicet Επίγριψιν ήμας, ut ex Irene refert Eusebius in lib. 4. historiæ. Latini quoque verbum recognoscere usurpant eo sensu. Sic in passione Fructuosi Episcopi: *Cum se excalcaisset, accessit ad eum commilito*

A fratre nostro nomine Felix, apprehendaque dextram ejus, recognoscens eum, & deprecans summis effet.

τὸν θρυσκέαν πόθεν. Scribendum et alio die, ut legitur apud Gelasium & Nicephorūm. Atque ita plane scriptum exhibent Fuk, codex & Savilius & Regia.

In Caput LXXII.

ἡ τῷ πλεῖστοι μέρει. Id est animo & cogitatione. Animus enim major ac melior pars cuiusque est. At Christopherus maiorem mentis partem tellexit, quod nullo modo ferri potest.

τὸ δέ το γεράματα φάγγανα. Scribendum et φάγματα ex Socrate & Gelatio Cyziceno & Nephoro. Paulō post lego φάστρα, ut habet et Nicephorus, & Savilius codex.

In Caput LXXIII.

Στοτερείς ἄρα. In codice Regio deest vox διηγή, que nec valde necessaria est. Supponit tamen in tum locum uno ductu ita legendum esse διηγή δι' τῇ γραφή μοίσιον συμφοριον, ἀλλαχ τῇ τεταπίμητον νευματικαλε καὶ παθός, καὶ ταπειθαρία, Στοτερείς.

HENRICI VALESII ANNOTATIONES IN LIBRVM TERTIVM EVSEBII DE VITA IMPERATORIS CONSTANTINI.

In Caput I.

Pag. 482. Καὶ μὲν βασιλεὺς. In Savilius libro legitur ὁ οὐ βασιλεὺς. In veteribus autem schedis utraque lectio habetur hoc modo: ὁ διὰ σῆμα μὲν βασιλεὺς, &c.

πάτερ τοῦ ταῖς ταῖς. In Moræ libro ad marginem emendatur πάτερ διὰ πράτων, ut in Fuk. & Savilius codice. Paulo ante pro τῷ αὐτῷ προτονοῖ τῷ, uterque codex & scheda Regia præferunt τῷ αὐτῷ πρεποντεῖ τῷ.

ἰεράρχειον φυλακήειον. Positum videtur pro ἐπεργάσιον, id est, tutelam sibi adscivit. Quod si id verbum in vulgata significacione sumi placet, id quoque ferri potest. Constantinus enim in basi statu quam Roma post partam de Maxentio viatoriam erexit, scribi jussit, hujus signi virtue urbem Romanam à se liberatam fuisse.

Ἐπει τῷ πρ. ιδημασίειον τονοφαντίαις. Ratio syntaxis postulat ut legamus: ταῦτα τῷ πρεπεῖν εἰδη μασίον τονοφαντίαις. Paulo post scribendum τῷ πατέρι μὲν, ut habet codex Fuk. & Savilius.

Pag. 483. ὁ διὰ ταῦτα πλαδεῖν. In libro Moræ adjecta sunt ad marginem hæc herba, quæ nos in Fuk.

Cetiam & Savilius codice reperimus, μιχαλορίτη τηρασκού πολυπλατιαζόμενα, quam Scripturam in interpretatione sua lecutus est Christopherus. Certe Constantinus libros factos qui Ecclesiasticis uibus inserviebant, gemmis ac lapillis ornata, ut docet Cedrenus in Chronicō, ubi de Mettodore Philosopho.

τῷ πρεπεῖν Θεῖον κλάσσει. Mallem scribere τὸ ηγέρασσε, ut loqui solet Eusebius.

τοῖς εὐνοῖς αὐτῷ. Delendus est articulus τοῦ.

δημον τοῦ πολιτευτοῦ. Hujus verbi significacionem non intellexit Christopherus, qui πολιτευταῖς cives vertit. Atque πολιτευταῖς sunt Decuriones, ut jampridem notavi ad librum 22. Amm. Marcelli pag. 225. ex Artemidoro & Athanasio. Quibus addendus est locus Gregorii Nazianzeni in Epistola 49. ad Olympium πολιτευταῖς πολιτευταῖς αξιωματικοῖς, id est, universos cives & Decuriones & honoratos.

πατρομασίειον, id est, paterno imperio regi. At igitur Constantini Imperium ob clementiam & mansuetudinem, prorius simile fuisse patris in filios imperio: ita ut populi omnes ac Decuriones, non vi ac metu ut subditis, in officio continerentur,

sed sponte obsequerentur ut filii. In codice Fuk. **A** pro i^oν αγαγεις legitur νομον οντος. Feliciter mihi vertisse videor novum saeculum. Sic in nummis Philippi Saeculum novum dicitur. Veteres Errusi ajebant, unumquodque saeculum à Diis definitum esse certo annorum modo: qui postquam finitus sit, tum à Diis portenta è terra seu cælitis mitti, quibus significetur saeculum novum inchoari. Et homines nasci qui novis moribus atque institutis utantur, & qui vel plus vel minus char. sint Diis immortalibus. Hac signa Etrusci diligenter notata habebant in Ritualibus libris, ut scripsit Plutarchus in Sulla, & Cenlorinus in c. 17 de die natali. Verba Plutarchi sunt: ἐναὶ μὲν γὰρ ἀντὶ ὅτι τὰ συμπαττά ψύχην, διαφέρεται τοῖς φίλοις καὶ τοῖς θεοῖς διὰ διάλικτων ἐνδέσθαι φωνὴν καὶ γένονται εὐεργετοὶ τῷ Θεῷ, συμπαττόμενοι σώματι μεγάλων φιλόσφων, &c. ubi εἰπώντες μέγας saeculum est.

In Caput II.

B Pro 484. Καὶ τιμώτερον. Scribendum est per interrogatio- nem καὶ τι μετάτορεν.

In Caput IV.

C Pro 485. Χρή τὸ Διεσπάσιον τε καὶ αἰγαλητὸν χριστιανὸν καὶ οὐδεν. Schisma Meletianorum intelligit. Aegyptus enim tunc temporis duplice morbo laborabat; Ariana sci- licet hæresi & Meletij schismate.

συμπληγῶσι. Codex Fuk. habet συμπληγάσιν, quomodo etiam Turnebus ad oram sui codicis emendarat.

In Caput V.

Ἐπι μαρτίου Διεσπάσιον. Rectius meo quidem iudicio legeretur ἐπι μαρτίου ἡ οὐρανοῦ σκοτεινότητα. καὶ τούτη τοις ἀριστοῖς. Hic locus prava interpunctione corruptus est. Scribo igitur: τοις τούτων γεγόνεις ἀλλοτρίαις χάρεσι τούτη, &c. Ait Eusebius Iudeos tum in aliis rebus ab Evangelij gratia alienos esse, tum in hac potissimum: quod Pascha ex Mosaica confuetudine adhuc celebrent, non juxta Evangelij veritatem. Confirmat autem emendationem nostram Constantinus in Epistola ad Ecclesiás, cuius verba referuntur infra in c. 17. τοις τούτων γε-

τοις τούτων τοις μέτεπειτοις ἀλλοτρίαις ἀριστοῖς. Græci ἵστασθαι μάχη di- cunt, quoties ita pugnatum est, ut ne ultra pars victoriā retulerit. Eodem sensu loci αὐτοὶ εἰσαὶ a hoc loco dixit Eusebius, id est, paribus intrinque momentis librātām controversialē. Non recte igitur Christophorus ita veritē: Praesertim cum controversialē dis- sidentium animos ex aquo exagitaret.

In Caput VI.

D Σημεῖον δύομον. Mirum est quod Eusebius hoc loco τὰ νωτερά distinguit à publico cursu. Sed responderi potest Eusebium, nomine publici cursus intellectissile vehicula. Atque ita accepit Nicephorus in lib. 8. cap. 14. Aliis igitur Episcopis vehicula præberi jussit Constantinus, aliis equos publicos quibus vobenerunt ad Concilium profecturi.

In Caput VII.

Αἱρετικοὶ εἰντεινοί. Legō εἴς τε οὖν καὶ Gela-

sio Cyziceno & Nicephoro & Socrate in libro 1. οὐδὲ Σευθας. Schytas pro Gothis posuit. Sic e-^{PAG. 487.} nime eos Græci vocare solent, ut Libanius, Themistius, Euapius, & ipse Eusebius in libro 1. de vita Constantini cap. 4.

τῆς δε γε βασιλείου της πόλεως. Gelasius Cyzicenus Episcopum urbis Constantinopolitanae his verbis designari creditit. Quem secutus est etiam Nicetas in thesauro Orthodoxa fidei libro 5. cap. 6. his verbis: Eusebius autem Pamphilis lib. 3. de vita Constantini Imp. Constantinopolitani quidem Pontificem à Synodo abfuisse scribit propter senum, at nomen eius supprimit: cujus loco presbyteri quidam comparuerint. At vero ex Synodo Actis constat, Metropolanem Constantinopolitam id temporis Episcopum fuisse. &c. Ita etiam Epiphanius scholasticus in libro 2. historia tripartita. Verum hæc explicatio ferri non potest. Non dum nodum enim dedicata fuerat Constantinopolis, nec Regia urbis vocabulo decorata, cum Synodus congregata est in urbe Nicæa. Itaque hæc Eusebij verba de Episcopo urbis Romæ necessariò intelligenda sunt. Quod confirmat Sozomenus in libro 1 cap. 16. apud quem Julij nomen pro Silvestro perperam it repit. Et Theodoritus lib. 1. cap. 7.

μόνος εἰς αἰώνα. Sic etiam legitur apud Socratem. Malum tamen legere μόνος, ut habent Gelasius ac Nicephorus. Atque ita in Socrate legit Epiphanius scholasticus. Quod autem sequitur εἶ, neminem turbare debet. Sic enim Eusebius infra cap. 26. si- mul ponit μόνος εἴς.

In Caput VIII.

τιντήρεται διαστολαν. Apud Socratem in lib. 1. ubi hic Eusebij locus refertur, legitur σταύρον. De numero Episcoporum qui Nicæna Synodo interfuerunt, non convenit inter antiquos. Eusebius quidem hoc loco ducentos & quinquaginta fuisse scribit. Eustathius vero Antiochenus Episcopus in Homilia de verbis illis quæ in Proverbii Salomonis leguntur: Dominus creavit me, ducentos circiter ac septuaginta illos fuisse dicit; neque enim se accurate eorum numerum subduxisse. Verum constantior satis est & recentiorum omnium consensus fuscata, trecentos & octodecim Episcopos in illa Sy- nodo confessisse. Sie ex antiquis Athanasius in Epistola ad Africanos Episcopos non procul ab initio, Hilarius in libro contra Constantium, Hieronymus in Chronico & Rufinus. Athanasius in Epistola de Synodi Nicæna decretis, ait Episcopos qui Nicæa convenerunt, fuisse plus minus trecentos.

ἀπολογίᾳ Θεον διὰ ταλεῖσαν δοσῶν δ' ἑτέρων. Scribendum est διαλογίων τε ταλεῖσαν δοσῶν ἑτέρων ex Socrate in libro 1. cap. 5. & Gelasio ac Nicephoro. In Fuk. codice & Saviliū legitur ἀπολογίᾳ τε ταλεῖσαν, & post vocem ταλεῖσαν apponitur media distinctio in omnibus scriptis exemplaribus.

In Caput IX.

των δὲ τοῦ Θεον λειτουργῶν. Ab iis verbis caput exorsus sum, secutus auctoritate codicis Regij, & Fuk. Quibus contentiunt schedæ veteres.
τιδετοντα τετραπληνον κατεκοσμουντο. Multiplex hu-
ce iii

ius loci sensus esse potest. Nam μέσος τοῦ συνοίκου sumi potest pro modestia & comitate morum, ut μέσος positum sit pro μετρίᾳ. Vel μέσος τοῦ συνοίκου dicitur eorum, qui principem quidem locum inter Episcopos doctrina & sanctitate vita præstantes minime obtinebant: non longo tamen intervallo aberant à primis. Sic medios Principes ac duces vocarunt antiqui, qui nec optimi essent nec pessimi, sed medio quadam loco inter utrosque sublisterent. Denique μέσος τοῦ συνοίκου potest de ijs, qui utramque laudem doctrinæ scilicet ac sanctitatis complexi erant. Ita hunc Eusebij locum interpretatur Sozomenus in lib. I. cap. 16. his verbis: εἰ μέσον τοῦ λεγέντονος εἰδότε τοῖς ιπποῖς βασιλεῖ, καὶ τὸν εἴλην παιδιώνος ἵππον: εἰ δὲ αρτούριον διατρέποντες, εἰ δὲ εταῖροι φρεγούνδομενοι. Vides quos Eusebius vocavit τῷ μέσῳ τοῦ πολιτευταντοῦ μονήρος, à Sozomeno dici κατ' αὐτούς τοὺς ιδομένους. Epiphanius Scholasticus in lib. 2. Historia tripartita cap. 1. hunc Eusebij locum ita verit: Μητρορυμάντος θεοφόρος, αλιγάντες πάντας κορυφαῖς: αλιγάντες πάντας ornabantur.

In Caput X.

Pag. 488. οὐαύτῳ διὰ τοῦ μεσοίτατοῦ οὐαύτῳ βασιλεῖον. Quisquis fuit ille qui Græcos capitulum titulos composuit, hæc verba de palatio accepit, cumque secutus est Christophorus. Sed & Sozomenus in lib. I. cap. 18. & Theodoritus in lib. I. cap. 7. Nicænam Synodum in palatio habitam fuisse scribunt, ubi Constantinus Imperator sedes ac subfella Episcopis justerat præparari. Theodoriti verba excripsit etiam Nicephorus in lib. 8. Sed, pace tot ac tantorum virorum dictum sit, nequaquam verisimile est, Nicænam Synodum in palatio habitam fuisse. Decipit homines, ut videtur, ambigua vox qua hic utitur Eusebius, τῷ μεσοίτατοῦ οὐαύτῳ βασιλεῖον. Hæc enim vox tam de palatio Imperatoris, quam de Ecclesia promiscue usurpatur. Certe Eusebius in libro 10. Historie Ecclesiastice βασιλεῖον εἰκόνα de Ecclesia dicit. Multum certe de auctoritate illius Concilij detraharetur, si in palatio Imperatoris illud habatum esse crederemus. Adde quod ipse Eusebius huic sententia apertissime refragatur. Nam supra in cap. 7. diserte scribit, unam Ecclesiam seu basilicam cunctos diversarum gentium Episcopos ambitu suo esse complexam: εἰς τὸ οἰκονομικόν τοῦ βασιλεῖον, οὐαύτῳ εἰς Θεοῦ πλανηταῖς, οὐαύτῳ εἰς τοῖς τοῦ αὐτοῦ Σεργούσαις καὶ Κινακαῖς, &c. Id est, una ad sacra, omnipotens Deus noster quodammodo dilata, ambitu suo complexa est Syros simul & Cilicias, &c. Quid his verbis potest esse manifestius? Annon ex his verbis certissime concitat, Nicænam Synodum in Ecclesia habitam fuisse? Affirmat enim Eusebius omnes pariter Episcopos, unius Ecclesie ambitu comprehensos fuisse. Sed & verba quæ in hoc capite subjugit Eusebius, id meo quidem judicio satis innunt. Scribit enim: εἰ αὐτῷ διὰ τοῦ μεσοίτατοῦ οὐαύτῳ βασιλεῖον, οὐαύτῳ διατρέπει οὐαύτῳ μεταβετούσαις, Id est: in ipsa mediaregali palatijs ade, que reliquias omnes amplitudine superabat. Ait Eusebius ædem illam omnium quæ ubique essent, maximam & amplissimam fuisse. Atqui hoc de palatio urbis Nicæe dici non potest. Nam ut concedamus in il-

A la urbe fuisse palatum, illud certe omnium ubique palatiorum maximum esse non potest. Romæ enim & Mediolani longe majora erant palata. Nec dubito quin Nicomediense palatum longe magius & opulentius fuerit Nicæno, cum Nicomedes esset ac domicilium Imperatorum jam inde a temporibus Diocletiani. Respondebit fortasse quipiam, Eusebius non dicere median illam ædem seu palatij seu basilicæ Nicænae omnes ubique terrarum ædes amplitudine superasse; sed tantum reliquias ædes illius seu palatij seballitice. Sic enim loquitur Eusebius in lib. 4. cap. 66. ubi sumus Constantini describit: κατέπειτα εἰ αὐτῷ τοῦ αὐτοῦ εποιεῖται βασιλεῖον. Et paulo post: οὐαύτῳ παλατιῷ κατὰ τὸ μεσοίτατοῦ βασιλεῖον. Evidem hunc esse sensum Eusebius verborum bene conceperim. Sed tamen ex eo non efficiunt, palatum Nicænum ab Eusebio intelligi. Nam & in Ecclesijs perinde ac in palatiis media ædes omnium erat maxima & capacissima, ut ex Eusebio constat in descriptione Ecclesiæ Tyri. Cunctis igitur accurate perpenitus ita censeo: Episcopos primū quidem in Ecclesia convenientes; ibique de Amdogmate & de regula fidei plurimis diebus tractuisse, tandem vero die ad finiendum negotio constituto, convenientes in palatum, ut coram imperatore sententiam dicentes, & contentiones suæ imponentes. Atque ita tollit omnis difficultas. Certe Eusebius omnino confirmat id quod dixi. Ait enim Episcopos die constituto quo controversiæ finem imponi oportebat, omnes in palatum venisse. Statimque progressio ad Synodum Imperatore, cuncta coram illo fuisse dicit constituta. Ex quibus manifeste apparet, Eusebius hæc loqui de ultimo Concilij die, seu de postremæ sessione, cum res in pluribus antea Episcoporum confessibus discussa fuisse ac ventilata. Neque enim tot tantæque res quæ in illa Synodo gestæ sunt unius diei spatio examinari ac definiri poterunt. Idem quoque antea factum fuet in Synodo Antiochenæ adversus Paulum Samosatenum, ut docet Eusebius in lib. 7. Historie Ecclesiastice.

παρατεταμένη τοῦ βασιλεῖον εἰς τοῦ βασιλεῖον. Scribendum est ιακών ut legible videtur Christophorus. Cai tamen non assentior in eo quod ταῦτα referendum putavimus εἰς τοῦ βασιλεῖον. Ego vero non dubito quia lex plenum sit ταῦτα, quod vocabulum proxime antecedit. Rectius enim, ut opinor, græce dicitur ιακών vel ιακών τοῦ βασιλεῖον, quam ιακών τοῦ εἰδώλου. In Fuk. & Sav. diserte scribitur ιακών.

Ἐν τούτῳ διατίθεται τὸ βασιλεῖον τοῦ εἰδώλου τοῦ Ιησοῦ. De hoc signo quo Imperatoris adventus nuntiabantur, Corippus loquitur his verbis.

prænuntius ante signa dedit cursor posita de more lucerna.

diCans μέσος. Christophorus verit: οὐαύτῳ medium confessum intrat. Melius veritatem per medium spatium quod erat inter duos confidemus ordines incessit. Id significat vox diabolus. Iell. ιακών τοῦ θεοῦ βασιλεῖον. Sic infra in cap. 14. μέσος τοῦ τοῦ θεοῦ διabolus &c.

μέσος τοῦ θεοῦ ιακών. Christophorus legi detur ιακών. Sic enim verit: Primum in mea conventus erexit constitut.

In Caput XI.

προτελευταί την τέλη μεταποτέλευτων. Sozomenus in cap. 18. lib. 1. hunc qui in extra parte primum locum obiinebat, & qui nomine totius Concilij ad Imperatorem verba fecit, Eusebium Pamphilum fuisse testatur. Atque ita p̄scriptum est in titulo hujus capituli. Theodoritus vero in lib. 1. historia cap. 7. non ab Eusebio, sed ab Eustathio Antiochiae civitas Episcopo orationem hanc habitat esse dicit. Theodoriti sententiam secutus est Baronius; quem quidem semper hostili atque inferno animo aduersus Eusebium nostrum fuisse, ex eius Scriptis qui quis facile deprehendet. Verum auctor historiæ tripactit in libro 2. cap. 5. ubi Theodori verba describit, sit post Eustathium Antiochenum, Eusebium quoque Cœfariensem de laudibus Imperatoris orationem habuisse. Quod tamen in Græcis B Theodoriti exemplaribus hodie non habetur; probris ut necesse sit, aut Epiphanius scholasticum integriores Theodoriti codices nauctum fuisse, aut de suō id addidisse, ut interdum solet. Tale est illud quod lupra notavimus de regia urbis Episcopo, quem Nicenæ Synodo non interfuisse Socrates ex Eusebio prodidit, ubi Epiphanius scholasticus Alexandri nomen addidit gravi errore, cum Metrophanem potius dicere debuisset. Sed ut ad propositum revertar, sunt qui nec Eustathio, nec Eusebio, sed Alexandre Alexandrinorum Episcopo id honoris delatum esse scribant, ut Concilij nomine Imperatorem alloqueretur. Nicetas in thesauro orthodoxe fidei lib. 5. cap. 7. id affirmat his verbis: *Eusebius de vita Constantini libro 3. se primum verbis in Synodo fecisse testatur. Si tamen Theodorito credimus, Eustathium primus, &c.* ut autem Theodorus Aetopsestenus scribit, Alexandre Alexandre Ponifici id honoris ultro delatum est. Ego vero in tanta Scriptorum diversitate libentius ei sententias accesserim, que Eusebio primas dicendi partes à Synodo delatas esse affirmari. Primum quia omnium sine controversia doctissimus ac disertissimus erat Eusebius. Deinde ipse id aperte testatur in principio hujus operis his verbis: *αρι δικαιουσιν οὐρον καθάπερ μήτε θαλασσες θεού λεπτουργῶν ουδέτε, εἰκοναργητοῖς οὐροις ἡ τεχνογρόφῳ.* Id est, Nuper etiam nos ipsi vicerem principem in medio Dei ministeriorum convenerunt residentes vicennialibus hymnis prosecutus sumus:

In Caput XII.

ἱππος. Portarius, Christophorus & Gallicus Interpres hanc vocem omisere, cum tamen tota vis sententiae in ea voce posita sit. Ad hanc enim vocem refertur quæ proxime sequitur periodus. *Καβετε, inquit, ne post deletam tyrannidem eorum qui Deo bellum intulerunt; rursus dæmon alia via religionem nostram maledicis & calumniis objiciat.* Alia igitur via; id est, per intestinas dissensiones. Vide quæ mox sequuntur:

οὐδὲ τε λειτεῖν. Scribendum videtur, *οὐδὲ τε λειτεῖν εὐθύμως,* & paulo post lego cum Turnebio & Gruterio in eiusdem quartigav, &c.

μιαρτε κοντοῦ. Rectius meo iudicio scriberetur *κοντοῦ adverbialiter.*

Μηνὸς ἀεὶ εἰν απροσέδειν. Male Christophorus

A veritate Deos impetrare, cùm potius vertere debuisset predicare. Sic enim Eusebius hanc vocem usurpare solet, ut patet ex innumeris historiae Ecclesiastica locis, exempli gratiâ in lib. 4. cap. 15. Male in Fuk. & Sav. codice legitur *εἰν απροσέδειν.*

ιοντὸς δινδὺν οἴστεν. Longe alter codex Fuk. in *παραγγελίαν* quo totus hic locus ita scribitur: *τοῦ τοῦ εὐθύνην διαγόνων αἵτια τῷ ποιητῷ φέρεν ὀραζοῦσι. πάντα δὲ ταῦτα οὐκεῖναι, &c.* Atque ita Savilius & Christophorus in suis codicibus repererunt.

εἰδίσας εἰδεῖν. Legi cum Christophorono *εἰδεῖν* & *εἰδέσθαι.* vulgata tamen lectio stare potest, modo post vocem *Σεργατορίς* quæ paulo ante praecessit, ponatur punctum semiplenum, ut ad oram sui libri notavit Savilius. Certe in codice Regio post vocem *εἰδεῖν* posita est media distinctio.

In Caput XIII.

χολὴν τειντόνων. Apud Sozatem in lib. 1. cap. 5. & apud Nicophorum legitur *ιοντὸς.* Gelasius autem Cyzicus cap. 28. habet *τοντορών*, cum Sozate consentiunt codex Fuketianus & scheda Regia.

τοντὸς οὐρού πειθαρ. Apud Sozatem & Gelasium ac Nicophorum legitur *τοντὸς συμπιθαρ.* Sed codex Regius præfert *τοντὸς πειθαρ.*

εἰποθεούσην ψυχαγωγον. In Gelasio legitur *τοντὸς οὐρού*, quod idem est.

In Caput XIV.

ταῦτα κοντοῦ διδούσιν. Id est, fidei formula & canones cum Epistola Synodica. Hæc enim omnia singulorum Episcoporum subscriptionibus firmata sunt. Qui præter hæc tria, putant etiam Acta Nicenæ Synodi scriptis esse mandata, iij vehementer falluntur. Quippe Eusebius diserte testatur, nihil scriptis traditum fuisse, præter ea quæ ex communi consilio decreta fuerint: eaque omnium subscriptionibus robora fuisse dicit. Baronius quidem ad annum Christi 325. cap. 62. Acta à Synodo Nicenæ Scripta fuisse dixit, idque ab Athanasio in libro de Synodis diserte scribi affirmavit. Sed Baronium decepit Latina interpretatio, quæ sic habet Tomo 1. pag. 873. *Quod si ad hanc rem usus Synodi desideratur, supersunt Acta Patrium, nam neque hæc in parte negligentes fuere qui Nicæa convenerunt; sed ita accurate scriperunt, &c.* In Græcis vero nulla Actorum sit mentio. Sic enim legitur *εἰσιτα Φαρισαῖοι;* id est, *supersunt Patrium Scripta; fides scilicet & Canones & Synodice.* Est & aliud Athanasij locus in Epistola de Decretis Nicenæ Synodi pag. 250. ex quo manifeste colligitur nulla fuisse Acta. Sic enim loquitur: *Quandoquidem, inquit, inadilectio ea nosse desiderari que in Synodogelassini, minime cuncti atque sum: sed statim tibi significavi quæcumque ibi acta sunt, &c.* Quod si Acta à Notariis excerpta fuissent, satis habuisset Athanasius Acta illa ad amicum suum transmittere.

εἰκοστοῦντες εἰποτεροτοποιοι. Hæc benigne interpretanda sunt. Neque enim viceclimus annus Imperij Constantini adhuc erat absolutus, immo vix dum inchoatus. Quippe viceclimus annus principatus Constantini copit a die 8. Cal. Aug. Paulino & Juliano Coss. qui est annus trecentoclimus viceclimus quintus Natalis Domini. Concilium autem

Nicenum celebratum est vicesima die mensis Maij ijsdem Coss. ut scribit Socrates in cap. 9. lib. primi seu potius die 13; Calendas Julij, mensis Desij, qui à Romanis Junius dicitur die 19. ut legitur in Actis Concilij Chalcedonensis, & in Chronicō Alexandrino, & in collectione Cresconiana. Quod quidem verius puto. Nam si Concilium Nicenum vicesimo die mensis Maij congregatum esse ponamus, nimis angustum relinqueret spatiū ad eas res gerendas quas Constantinus post debellatum Liciniūm gessit. Ultimo prelio ad Chalcedonem vietus est Licinius anno Christi 324. die 15. Calendas Octobres, ut scribitur in Fastis Idatij & in Chronicō Alexandrino. Sequenti die Licinius qui Nicomediam se receperat, Constantino victori se dedit. Post hanc Constantinus Nicomediam ingressus est: qua in urbem moraretur, atque in Orientis partes progrederi festinaret, nuntium accepit de Alexandria Ecclesia totiusque Ægypti discidio ob Arij dogma & Meletianorum turbas, ut ipsemet scribit in Epistola ad Alexandrum & Arium. Ac primo quidem Hosium cum literis suis Alexandriam misit, qui eos tumultus auctoritate sua componeret. Verum Hosius cùm aliquandiu moratus esset Alexandria, re infecta ad Constantinium reversus est. Quia quidem omnia breviori quam trium mensum spatio perfici minime potuerant. Porro Constantinus cùm nialum quotidie ingravescere cerneret, generale Episcoporum Concilium convocare decrevit, ut eo modo Ecclesias pacem restitueret. In eam rem veredarios seu Agentes in rebus per omnes provincias direxit, qui Episcopos Nicenam Bythiniam convocarent. Ponamus igitur veredarios mensē Martio Imperatoris literas ad singulos Episcopos pertulisse. Vix credibile est, Episcopos ab ultimis usque tam Orientis quam Occidentis regionibus ante Julium mensē in Bithyniam venire potuisse; prælertim cùm terrestri itinere, non autem navigatione, eò delati sint, ut tradit Eusebius in cap. 6. G. xxi Dominicanum septimum post Pascha, eam scilicet quæ Pentecosten proxime antecedit, vulgo vocant κυριακή Τάγματα, seu τὰς ἡμέρας τριανταῖς δικαὶούσι τὸ θεόπεπτον τὸ εὐχαρισταῖς, ut discimus ex Typico monasterij sancti Sabæ.

In Caput XV.

Pag. 491. οὐ ποθόσεις ἐπλίται. Sic paulo supra utrosque junxit, cùm de Constantini in Synodum ingressu diceret. οὐ ποθόσει sunt hastati, seu Proectors qui hastas gestabant. Certe Themistius in oratione ad Jovianum Imperatorem, αἰχμοφόρος illum in Perfidem profectum esse scribit, id est, Proectors domesticum, ut ex Ann. Marcellino cognoscimus. ἐπλίται vero sunt scutati; milites scilicet qui erant sub Magistro militum præfatali.

οἱ μὲν ἀντῶν σωματικῆστε. Scribendum est ἀντῶ, ut videtur legisse Christophorus. Confirmat hanc emendationem Theodoritus lib. 1. cap. 11 his verbis, qua hunc Eusebij locum mitifice illustrant: πολλας δὲ γιλαδας ιυρηπιδιλωαιιενσας, πατα ταυτο εισιατει επαντας, τας μιας διεντερους ιποτραπεζους λαβεσ, της δε αλλους διελων εις τας αλλας Non poterat melius scholion apponi verbis Euse-

biani. Quas Eusebius ἀλινάδας dixerat (Sic enim legendum est ex codice Regio & Fukeano) Theodoritus vocat γιλαδας. Id est, stibadium seu stabida. Interpres Nicephori τοιος vertit, male. Necre-
ctius interpres Theodoreti sedes. Suidas γιλαδα
Satyram. Apud Veteres, inquit, accubitorum non erat, sed in lectulis discubentes manducabant. In codice Fuk. diserte scribitur i p̄p̄' ἀντῶ.

ἀμφὶ τὰς ιναρίγων. Scribendum puto ἀλινάδας. Qua emendatione nihil certius. At Eusebius ex utraque parte aula Regis disposita fuisset stabida, in quibus Episcopi discumberent: ipsum vero imperatoris stibadium in medio fuisse, in quo ipse eum cum honoratoribus Episcopis accumbebat. Eodem plane modo in Synodo Nicene, substibilia quidem erant utrinque disposita in quibus Episcopis discidebant: Imperator autem ipse medius inter duos confidentiam ordines in sella aurea residebat. Simile fuit Constantinopolitribunal novemdecim auctorum, ad hujus Constantinitani convivij justi contum arbitror, similitudinem institutum.

In Caput XVII.

τοῦ πλούτου ιράτης οὐ μη φωτιζει. Recens ipsius Theodoritum & Nicephotum legitur επι τῷ
ε. C.

In Caput XVIII.

τοῦ νοτοῦ πρώμη. Hęc verba Conflaminis episcopissile videtur Athanasius, cùm in libro de Synodi Ariminimi & Seleuciae pag. 873. notat alter locutos esse Patres Synodi Nicenae in expositione fidei, alter in definiendo Pascha die. Nam in hoc quidem negotio usi sunt verbo ιδεῖ, id est, placuit. In expositione autem fidei nequam dixerit plau-
cui, sed ita credit sancta & universalis Ecclesia. Ce-
tate verbum ιδεῖ quod refert Athanasius, non reperiatur in Epistola Synodica, sed in hac tantum Epis-
tola Constantini: quam pro Synodica habebant
fuisse non immerito quis possit suplicari.

τῷ θεον ιστον. Legit ιδεῖ cum Christophoro & Gratero. Idem mendum notavimus in his Historia Ecclesiastica. Certe in schedis Regis & in libro Savilij ιστον prescriptum est.

Ιστον ιστον. Apud Gelasium & Nicephorus legitur ιστον ιστον. Socrates tamen Theodoritus vulgatam lectionem tenuerit.

αιχματικονειροντος. Nam qui cum Iudei Paschalium dominicum celebrant, consciū videntur esse sceleris quod Iudei adversus Dominum admiserunt. At Christophorus εισιατει verū opaenū, cui non accedo.

της αροτηνουσης ιππον Γαλατας. Socrates, Theodoritus, Gelasius ac Nicophorus habent της αροτηνουσης ιππον Γαλατας, quod non probro. Recens dicitur πλαναμένουσην ιππον Γαλατας.

τη αντω έτει ιερον τη πόλη οντακετα. Cum Neomenia Paschalibus Iudeorum à die quinto mensis Martij inciperet, & tertio Aprilis clauderetur, hinc siebat aliquando ut eorum Pascha ante aquinoctium inciperet. Ita duplex Pascha eodem anno celebrabant, siannum intelligas Solarem ac Julianum, à vetero scilicet aequinoctio hujus anni

ad sequentis anni vernum æquinoctium. Idem ait A runt, nec alium se Regem habere quam Cæsarem Ambrosius in Epistola ad Episcopos Amilie, ubi scribit Judæos interdum mense duodecimo Pascha celebrasse; Id est, iuxta Latinos vel Orientales. Neque enim Judæi mense illo qui apud ipsos erat duodecimus, Pascha unquam celebrabant, sed decima quarta die primi mensis. Porro hæc iteratio quam Judæi objicit Constantinus, nequaquam magni momenti mihi quidem videtur. Idem enim retrorquere poterant Judæi adversus Christianos; eos scilicet uno eodemque anno bis Pascha celebrasse, si annum vertentem intelligamus. Ponamus enim hoc anno Pascha celebrare decimo Calendas Majas: sequente anno citius celebretur necesse est. Atque ita duplex Pascha intra unius anni vertentis curriculum apud Christianos occurrit. Quod tamen non eveniet, si annum numeraveris ab æquinoctiali cardine ad alterius anni vernum æquinoctium. Vide Epiphanius in hæc 70, quæ est Audianorum pag. 824. & animadversiones D. Petavi. Cui junge cap. 3. Agidii Bucherii de Paschali Judæorum cyclo.

τὸν οὐρανὸν καὶ τὸν γῆν. Apud Theodoritum & Nicephorum legitur *τὸν οὐρανὸν καὶ τὸν γῆν.* Sic etiam Socrates & Gelatius. Ex quibus corrigenda sunt, quæ sequuntur hoc modo: *τὸν οὐρανὸν καὶ τὸν γῆν.* Et paulo post *τὸν οὐρανὸν καὶ τὸν γῆν.* Quanquam apud illos quos dixi Scriptores legitur *τὸν οὐρανὸν καὶ τὸν γῆν.* in Fuketiano scriptum est *τὸν οὐρανὸν καὶ τὸν γῆν.* Porro ad hæc verba alludere videtur auctor Constitutionum Apost. libro 5. cap. 16. Quod protecto fatebitur, quisquis eum locum cum his Constantini verbis cōtulerit.

τὸν οὐρανὸν καὶ τὸν γῆν. Intelligit caput jejuni, quod alio tempore à Quartadecimanis, alio à reliquo Christianis inchoabatur. Certe de capite jejuni hæc accipienda esse, docent quæ sequuntur de diebus post Pascha. Alioqui superflua esset repetitio. Si quis tamen de fine jejuni Quadragesimalis hæc intelligere malit, non repugnabo. Vide Chrysolomum in Homilia adversus eos qui primo Pascha jejunabant, pag. 714.

In Caput XIX.

Pag. 494. *τὸν οὐρανὸν καὶ τὸν γῆν.* Apud Socratem, Theodoritum, Gelatium ac Nicephorum legitur *τὸν οὐρανὸν καὶ τὸν γῆν.* Melius tamen esset *τὸν οὐρανὸν καὶ τὸν γῆν* ut supra. In manu scripto codice Fuketii scribitur *τὸν οὐρανὸν καὶ τὸν γῆν*, neque a litter in Turnebi libro.

λεπτοί. Transposita hic esse vocabula nemo non videt. Rectius itaque apud Gelatium Cyzicenum legitur *λεπτοίς*, *λιγύτοις* τε καὶ λεύκοις; Socrates vero habet *λευκούς*, quod magis probo.

αρχοντίνων μητέρας βασιλείας. Codex Fuk. αρχοντίνων μητέρας βασιλείας. Scheda autem veteres αρχοντίνων μητέρας, quod magis placet.

In Caput L.I.

προσήγων μητέρας. Eusebius in capite 52. iterum προσήγων ultrapat eodem sensu. καὶ ὁ μὲν ἦτο τὸν τιμῆς δομῆγος, & in cap. 55.

In Caput L.II.

εἰς εὐαρέψας τὴν θεοτόκον. Nemo est, qui non per se videat, scribendum esse εἰς εὐαρέψας, &c. Quod equidem non monerem, nisi verteret ne quis id nos fugisse existimaret. Paulus post, vox παραπομμάν videtur εἴσει superflua.

ἡ τῶν πρωτῶν δέ ταχυμάτων. Sic Eusebius in superiori capite ταχυμάτων pro numeris militaribus ultrapat, & alibi passim. Ita etiam Sozomenus in lib. 1. c. 8. ἡ ἐπιφύλαξ δέ ταχυμάτων ταχυμάτων, ἀντὶ τουτοῦ οὐδὲν οὐδὲν, εἰσαγόντες τοὺς πατέρας ταχυμάτων. Porro hic locus mutulus mihi videtur, supplendusque in hunc modum: ἡ ταχυμάτων δέ ταχυμάτων οὐταῦτος, καὶ οὐ τοῦ τοντοῦ, &c. Ait enim Eusebius, & primorum numerorum rectores, & eos quibus Reipublicae cura à Constantino commissa fuerat, Christiani religionis cultores fuisse. Per priores illos, intelligit Tribunos & Comites scholarum; posteriores vero sunt Praefecti Prætorio, Questores facti palati, Magistri officiorum, & ceteri qui civilia negotia tractabant.

τηνὶ διὰ ταχυτάτων διέτεινον. Non probò conjecturam C doctorum virorum, qui post yocom ταχυτάτων ad diderunt; quod etiam in libro Morei adscriptum inveni. Verum si quid addendum esset, equidem malem addere οὐτος. Nam καλῶς locum hic habere non potest, cum in sequenti membro occurrat ἡ διγράφωσις. Alioquin otiosa esset repetitio, nec plus in secundo membro diceretur quam in primo. In codice tamen Fuk. legitur καλῶς διέτεινον.

In Caput L.III.

διὸ μὲν οὐκ πρὸ τοῦ πράκτορα. Hic Eusebii locus multos in errorem induxit, inter quos fuit D. Petavius, qui tum in annotationibus ad librum Epiphanius de ponderibus, tum in libro 11. de Doctrina temporum, Eusebii auctoritate fatus, Constantium tricesimo secundo Imperii anno mortem obiisse censuit. Idem etiam scriperunt plerique veterum: Philostorgius in lib. 2. Theodorus lector in Collectaneis, Epiphanius, & auctor Chronicorum Alexandrinorum: ex Latinis autem Aurelius Victor. Verum haec sententia prorsus absurdia mihi videatur. Nam qui ita sentiunt, necesse est etiam ut affirmant cundem Constantium anno Christi 305. imperium iniisse, Constantino V. & Maximiano Coss. Eodemque anno Constantium Augustum patrem Constantini vivis abiisse. Atqui Constantius Aug. anno sequente, qui est Christi 306. consul sextum fuit cum Maximiano Collega, ut omnime Fasti constanter affirmant. Quare Constantini Imperium non nisi ab anno Christi 306. deduci possit. Jam vero cum mortuus sit Feliciano & Titiano

A Coss. hoc est anno Christi 337. die vicesimo secundo mensis Maij, ut inter omnes constat, necessario efficitur Constantium imperiale annos triginta, mentes decem, tribus tantum diebus exceptis. Levatus enim fuerat Cæsar octavo Cal. Augusti, ut in fastis scribit Idatius. Recte igitur Eutropius & Rufius scribunt, Constantium anno Imperii uno ac tricesimo extreum diem obiisse. Recte etiam Eusebius noster in Chronico ait Constantium imperasse annis triginta, mensibus 10. Porro unde factum sit, ut Eusebius noster hoc loco, & plerique veterum duos ac triginta Imperii annos Constantino tribuerint, causa haec videtur fuisse. Biennio ante obitum tricennialis Constantinus ediderat Constantio & Albino Coss. ut supra retulit Eusebius. Putarunt igitur annum Imperii Constantini 30. iis Coss. abolatum fuisse; quod tamen falsum est, ut supra notavi. Deinde ab initio Constantini, usque ad ejus obitum, 32. paria Consulū numerantur. Ex quo fieri potuit, ut tricesimo secundo Imperianum non illum obiisse crederent. Adde quod nonnulli Chronologi patris Constantii annos, quippe qui brevi admodum imperasset, Constantino adscripserunt. Ceterum monendus est lector, doctissimum Petavium tamē sententiam mutasse, & vulgatam opinionem de annis imperii Constantini deej. ejus initio amplexum fuisse, ut patet ex lib. 4. partis secunda Rationarii Temporum.

In Caput L.IV.

ἀντικατισταῖς αἱ τιτικαὶ. Postrema vox à viris doctis hic addita est ex MSS. codicibus, quam etiam in Fuk. libro reperi. Mallem tamen hanc vocem collocare antea verbū ἡ ταχυτάτων. Sic Eusebius in fine lib. 3. de vita Constantini. Longe profecto elegantius ita scriberetur αἱ τιτικαὶ, τὰς βασινοὺς αἱ τιτικαὶ.

ταχητοῖς αἱ πλάνσαι. Amplector emendationē doctorum virorum, qui in Fuketii libro etiam legitur, οὐ ταχητοῖς. Porro notandum est hic judicium Eusebii nostri, qui in principatu Constantini tanquam in pulcherrimo quadam vultu, hunc nāvum notavit, quod pessimos ac rapacissimos homines, ad amicitiam suam, & ad publica officia adlevisset: & quod fraude & callicitate quorundam qui se Christianos esse simulabant, circumventus fuisse. Idem fere reprehendit Aurelius Victor his verbis: Fiscales molestie severius pressa. Cumilaque divino ritui paria viderentur, ni parum dignis ad publica adiutum concessisset. Que quanquam saepius accidere, tamen in summo ingeno, atque optimis Rep. moribus, quamvis parva virtus euident magis. Sed & Amin, Marcellinus in libro 16. idipsum testatur, Nam proximorum fauces aperuit primus omnium Constantinus.

ιντεπέρω. In codice Fuk. & Saviliis scribitur ιντεπέρω.

In Caput L.V.

αἱ ταχεῖς μὲν. Ablabium inter ceteros intelligi putato, qui post Constantini mortem, cum res novas moliri crederetur, jussu Constantii interemptus est, ut fusè narrat Eunapius in vita Sophistarum.

οὐνι θεοὶ τὰς προσόδους ποιεῖσθαι. Supra in cap. 29. hujus libri προσόδους dixit Eusebius, ubi vide quæ annotavi. Possit etiam legere προσόδους, ut ad oram

editionis Genevensis adscriptum est. Porro Interpres erroris sui tenax, etiam hoc loco vertit: *congressus cum amicis habere, cum conciones vertere debuisset, ut sequentia aperte confirmant.* Victoria Epitome idem quoque dicit de Constantino: *Commodissimum tamen relius multa fuit: calumnias sedare legibus severissimis: nutritre artes bonas, principi studiorum: legere ipse, scribere, meditari, ubi me ditari, idem valet ac militari, id est, declamare.*

μακρὸν δικατά τινας. Scribendum est procul dubio κατατέιναι, ut jam alii monuerunt.

τηλα τῶν δυνατόφων. Malum scribere Τηλεστόφων. Sic Gentiles vocare solet Eusebius, ac præcipue Philosophos, qui sibi præ ceteris sapere videbantur. In Fuk. codice δυνατόφων legitur. Sed tertia syllaba lineolâ subnotatur.

πώτος διτύπη. Quæ posthac sequuntur in editione Genevenfi, usque ad initium capituli 19. decerant tum in codice Regio, tum in editione Rob. Stephani: & à viris doctis addita sunt ex conjectura, ut opinor. Nam quæ sequuntur capita, nimis brevia sunt, nec quidquam amplius continent, quam ipsi capitulum tituli; quod quidem ab Eusebii instituto profus ahorret. Quare credibile est, viros doctos ex titulis capitulorum, qui libro quod a se præfixi leguntur, hac supplevisse. Porro in editione Genevenfi delenda sunt hæc verba: *πώτος διτύπη,* quæ leguntur post vocem διτύπη. Etenim lacuna incipit antea has voces *πώτος διτύπη, &c.* Similem errorem supra notavimus. Nostram porro de hoc supplemento conjecturam plane confirmat optimus codex Fuk. qui cum reliqua supplementa quæ à Genevenfibus edita sunt, fideler exhibeat, ut suis locis annotavimus; hujus loci supplementum non haberet. Sed neque in Turnebi libro hoc fragmentum adscriptum est, cum cetera omnia ad marginem ejus libri scripta habeantur.

ἐπειδὴ τίνι σκληροῦ. Idipsum ita narrat Socrates in lib. I. cap. 18. τοσοῦτος δὲ λιγὸς οὐ μετειποτε πολέμου, κατασκευαστος σκληροῦ εἰποιήσεις θόρης, σκληροῖς τύπον διετελεσταν, μάστιξ μαύρης εἰποτε ποιητειῇ ταύτην φρεστή, ἢ τι ἔχοικεν τοὺς ἐρημοτάπους ἑντεῖσαν μυρτιποιμενούς. Quæ Socratis verba eo libentius aduxi, quod sciam Socratem in iis quæ ex Eusebii mutuatur, ipsis fere Eusebii verbis uti solere. Itaque hæc Socratis verba Eusebianorum vicem supplerere possunt. Nam quæ in hac lacuna leguntur, ægre admodum Eusebii esse crediderim. Porto jam ante Constantinus, in bello Liciniano. D tabernaculum crucis extra castra fixum haberat, in quo jejuniis & orationibus vacabat, teste Eusebio in libro 2. Sed in belli Persici apparatu id amplius præstitit Constantinus, quod tabernaculum in Ecclesiæ formam construxit. Ab hoc Constantini instituto impasse postea scribit Sozomenus, ut singuli numeri in exercitu Romano, tabernaculum suum haberent instar facilli instructum, & presbyteros ac diaconos peculiares, qui rem divinam ibi peragerent.

In Caput LVII.

Pag. 555. *εἴτε ὁποῖοις αὐτὸν ἴσχειν.* Idem scribit Rufus Festus in Breviariorum: *Constantinus rerum dominio extremo vita sua tempore expeditionem parauit in*

A Persas. Toto enim orbe pacatis gentibus, & recenti agminibus. Sub enjus adventum Babylonia in terram regnatrepidarunt, ut supplex ad eum legatio Persorum occurseret, & facturos se imperata promitteret, nec tamen pro assiduis eruptionibus quæ sub Constantino Casare per Orientem tentaveram, veniam meritorum. Socrates vero hoc tantum dicit: *Ἄλλος εἴπει τοις πόλεμος οὐ φθῆσθε τὰ βασιλεῖα τοῦ βασιλέως.* Id est: Sed bellum ulterus non processit. Nam præ mensu peratoris statim repressum est.

φιλικαὶ διέγειται πρὸς θεοὺς τοὺς δικαιούμενούς. Nobis hic barbarum, non Eusebii, sed ejus quibec caput supplevit. Dicendum enim erat *πρὸς τοὺς δικαιούμενούς.* Sed neque hoc verisimile est, Constantium qui omnes Imperii Romani copias adseruit Persas commoverat, pacem cum eis fecisse. Contrarium certe affirmat Rufus Festus cuius verba superius retulimus, & Eutropius atque Aurelius Victor. Socrates tamen pacem cum Persis, vel cene inducas factas fuisse innuit.

In Caput L VIII.

τὴν τέταρτην. Quis non videt hæc ab aliena manu concinnata esse? Neque enim cum sequenti capite τῷ modo convenient. In hoc capite Constantinus dicitur cœpisse ædificare templū Apostolorum post dies Paschæ anni 337. In sequenti autem capite, quod ab Eusebii scriptum esse constat, templū illud jam absolutum cernitur. Atqui à diebus Paschæ usque ad Pentecostem, qua die mortuus est Constantinus, via humus egeri potuit ad fundamenta templi jacienda. Proinde necesse est, ut templum illud autem cœptum fuerit ædificari. Vide caput 36. hoja libri.

In Caput L IX.

ἀνωχαράς μὲν. Scribendum est *αὐτὸν χαράς.* *τὸ δωμάτιον.* Eusebius supra in libro 3. capite 3. τὰ διπλὰ δωμάτα vocat exteriora tectabalisca, hanc δωματiorum hic videtur esse tectum totus bullicet, vel certe altaris. Ejusmodi tecta in orbis speciem ædificata nos Galli hodieque *comata vocamus.* Porro de templi Apostolorum magnificèntia Gregorius Naz. in carmine de informio Anastasie in scribit:

σωτὴρ τοῦ μηδαμούχος ἀδειαζεῖ τοῦ μαρτυρίου πλευρας σαυροτυπος τετραγράτημαν πορτα. Et magnificum templum Christi discipolorum, quætor lateribus distinctum in crucis formam. Hujusmodi forma olim Ecclesiæ constituebantur, ut novavit Gretterus in libris de cruce, Marcus in vita & in Porphyrii.

In Caput L X.

τὴν τὸν διαστάσαν φρεστοτευτονούσιαν. Alludit Eusebius ad cognomentum illud *ισαποτέλλεις*, quo post mortem affectus est Constantinus, ut legitur in Menæis Græcorum. Quod cognomentum nescio cur tantopere ei inviderit Scaliger in lib. 3. de Emendatione temporum, ut dicat multum detrahi de laude & gloria Apostolorum, cum eorum vocabulum

Constantino tribuitur. Certe quisquis accurate inspererit quæ à Constantino ad propagandam Christi fidem gesta sunt, fatebitur omnino id cognomen merito illi delatum fuisse. Quod si Theclaid cognomentum mereri potuit, quam Basilius Seleucensis aliquis *isatōs* cognominant, quanto potiori iure id Constantino tribuetur, per quem factum est, ut Christiani nunc omnes simus. Porro Eusebius iisdem rufius verbis utitur in cap. 71. infra. Auctor Synodici loquens de Synodo Nicæna: *καργανίσθησατε τον Απόστολον*. Atque ita dicitur in officio Græcorum die 21. Maij, ut legitur in Typico S. Sabæ.

μισθιστέος τὸν ιαυρύ λαόπαχα. At Chrysostomus Homilia 26. in Epist. 2. ad Corinthios pag. 741. ait Constantium sepultum fuisse in vestibulo ædis Apostolorum, quasi eorum janitorem; idque exagerat suo more. Hæc igitur ita conciliare oportet, ut Constantinus quidem cadaver suum in medio Apostolorum humi voluerit: Constantius vero, seu quis alius, id alibi locaverit. Certe Zonaras scribit, Constantium patris sui funis depositile in templo Apostolorum in peculiari portico, quam ad idipsum exstruxerat.

ιετέω τιλο. In libro Moræ legitur *τίλεος*, & ante illam vocem altericus ponitur, lego igitur *ιετέω μέρη τίλου τὸν ζελού σγριντά*. Porro hic altericus fidem facit lacunam hanc ex aliquo codice manuscripto suppletam esse. Nihilominus tamen valde dubito, ne ex conjectura cuiuscumque viri docti hæc etiam profecta sint. Neque enim oratio mihi videtur satis græca, *ιετέω τὸν ζελού σγριντά καὶ ιετέοιστα*: cum hæc inepta sit repetitio. Mallemque omnino scribere *Ιετέοτα*. Sed verba qua legenduntur in fine lacunæ, longe majorem suspicionem movent: *κατατά τον μαρτύρων μαρτυριών ιδιατελείαν*. Primum enim inepta locutio est *μαρτυριών*, cum semper in neutro genere *μαρτύρων* dicat Eusebius. Deinde cur *μαρτυρων* in plurali numero dixit? An pluribus simul martyribus ea basilica consecrata erat. Erat Helenopoli insignis basilica Luciano martyri dicata. In hac igitur Constantinus cum ab aqua calidis rediret, orationis gratia diversatus est. Quare *τῶν μαρτυρῶν* dicendum erat, non vero *τῶν μαρτύρων*. Hæc cum scriptissem, natus sum codicem Fuketianum, qui veram hujus loci scripturam retinuit. Sic enim habet, *τῶν τῶν μαρτυρῶν ιετέοιστα παντοποιοί*. In codem libro legitur *ιετέω τίλου* sine lacuna: item *Θεος καὶ τῶν τιλεοῖς*.

In Capite LXI.

Pag. 557. *δεῖν φίλον*. Scribendum videtur *διεστέρον*.

λόγων αὐτοῦ. Scribendum puto *σωτηρίον τε λόγων*. Quid enim sibi vult *λόγον λατρεῖν*, præfertum cum antea dixerit *λόγον απόρρητον διαδεικνεῖν*. In veteribus schedis legitur *σωτηρίον λόγον λατρεῖν*, quod plane confirmat emendationem nostram.

εἰδα δὲ καὶ ερώτος ἐστὶ οὐκεποθεῖσαι ινχῶν οὔτε το. Hic locus attentam in primis lectoris diligentiam flagitat. Ex eo enim magna illa de Constantini baptismo quæstio dijudicari facile potest. Ait igitur Eusebius, Constantium Imperatorem tunc primum manum impositionem cum solemnis pre-
cations in Ecclesia suscepisse. Id est uno verbo,

A tunc primum factum esse Catechumenum. Nam Catechumi per manus impositionem siebant ab Episcopo, ut docet Canon 6. Concilii Arelatensis: *De his qui in infirmitate credere volunt, placuit eis debere manum imponi.* Idem sancitum est cap. 39. Concilii Eliberitani: *Gentiles si in infirmitate desideraverint sibi manum imponi; si fuerit eorum ex aliqua parte vita honesta, placuit eis manum imponi, & fieri Christianos.* Qui quidem Canon Eliberitanus, utid obiter moneam, nihil aliud esse videtur quam expositio Canonis Arelatensis: quod & in aliis ejus Concilii capitulis cernere licet. De eodem ritu locus est illustris apud Sulpitium Severum in Dialogo 2. de miraculis sancti Martini, cap. 5. *Postremo cuncti catervatim ad genua beati viri ruere coepimus, fideliter postulantes, ut eos faceret Christianos.* Nec cunctatus, in medio, ut erat, campo, cunctos imposta universi manus Catechumenos fecit. Idem in libro 1. Nemo fere, inquit, ex immensi illa multitudine fui Gentilium, qui non impositione manus desiderata, in Dominum Iesum relatio impietatis errore crediderit. Augustinus etiam in lib. 2. de peccatorum remissione cap. 26. Non uniusmodi est sanctificatio. Nam & Catechumenos secundum quendam modum suum per signum crucis & orationem manus impositione puto sanctificari. Sed & Petrus Chrysologus idem scribit in Sermone 52. *Hinc est quod venientes Gentibus, impositione manus & exorcismis ante a domine purgatur; & apertione aurum percipi, ut fidei capere possit auditum.* Sic etiam in Sermoni 105. Namque ut incurvia peccatis Gentilis erigatur ad celum, prins a Gentili per impositionem manus nequam spiritus effugatur. His adjungendum est Symeon Metaphrastes qui in Actis SS. Martyrum Indis & Dominae ita scribit de Cyrillo Episcop. *Ille autem cum moderatus divinas ei eccepsisset Scripturas, & veneranda Christi cruce eam obsignasset, tunc quidem eam facit Catechumenam.* Denique Marcus in libro de vita Porphyrii Gozensionis Episcopi: *Die sequenti parentes mulieris & cognaticentes ad B. Porphyrium, procederunt ad ejus pedes, petentes Christi signaculum. Beatus vero cum eos signasset, & fecisset Catechumenos, dimisit illos in pace, præcipiens eis ut vacarent sancta Ecclesia.* Et paulo post cum eos ecclesiæ instruisset baptizavit. Ex his pater, Catechumenos non aliter quam per impositionem manus olim in Ecclesia factos fuisse. Cum igitur Constantinus tunc primum manus impositionem in Ecclesia accepisse dicatur, constat cum Catechumenum nondum fuisse. Sed dicet aliquis: quis credit Imperatorem Constantium ad id usque temporis Catechumenum non fuisse? cum & Niceno Concilio interfuerit, & tot leges ac rescripta pro Christianis ediderit; tot Ecclesias exstruxerit; Gentiles ad suscipiendam fidem Christi omnibus modis incitaverit, & hereticos ac schismatics basilicis suis spoliaverit. Certe omnibus Christiani hominis officiis cum pertinuerit fuisse testatur Eusebius. Nam & jejuniis atque orationibus eum vacasse scribit, & Dominicos dies ac martyrum festa celebrasse; pernoctasse etiam in vigiliis Pascha. Hæc omnia & multò adhuc plura quæ afferri possent, Constantium Gentilem non fuisse convincunt; sed eundem Catechumenum fuisse non argunt. Certe in his quatuor Eusebii

libris, quibus Constantini pietas & religio celebatur, nulquam legitur Constantimum in Ecclesia cum reliquis Catechumenis preces fecisse, nec sacramentum Catechumenorum perceperisse. Cumque de Helena Augusta matre Imp. Constantini id disertè affirmet Eusebius, eam in Ecclesia cum reliquis mulieribus constitisse; nunquam tamen de Constantino idem ab illo dictum invenias. Quod si objicias, Constantinum Helenopoli in martyrum templo diversatum fuisse, & preces ad Deum fuisse: primum responde huc in nostris codicibus non legi, ut paulo ante obseruavi. Deinde Ecclesiæ ingredi licebat etiam Gentilibus, excepto missarum tempore, quanto magis id licuit Imperatori, qui se Christianum profitebatur. Cum igitur Eusebius huc aperte doceat, Constantinum primum Helenopoli manus impositionem à sacerdotibus accepisse, plane efficitur, illum ante hoc tempus Catechumenum non fuisse. Scio Athanasium in vita sancti Antonii, ubi de literis a Constantino ad Antonium scriptis loquitur, & Augustinum in Epistola 162. & 166. Constantinum Christiani Principis titulo affectisse. Sed responderi potest, eos hac in re vulgata omnium opinionem ac famam secutos esse: & Constantinum palam Christianum Principem appellasse, non quod Christianæ fidei sacramentis adhuc initiatus esset, sed quia Christianæ religionis cultum aperte profitebatur. Alia quoque longe gravior objectio adversus nostram sententiam afferri potest ex cap. 32. lib. 1. cuius hic est titulus ὅπας κατηχεῖται Καρτυνός, &c. Ex quo colligitur, Constantinum statim post illam crucis in celo visionem factum esse Catechumenum. Sed responde titulos istos non ab Eusebio compitos fuisse, sed ab recentiore aliquo, ut supra demonstratum est. Deinde κατηχεῖται ibi sumitur pro μαρτυρίοις. Certe Eusebius in toto illo capite Constantini Catechumenum factum esse non dicit, sed tantum Episcopos ab illo evocatos, ratione celestis illius visionis eis aperiuit: ipsum vero exinde lectio- nis factorum voluminum operam dedidit.

τὸν δέ τις χεροδιότας εἰπεῖ. Sic in lib. 1. historie Ecclesiastica cap. 13. οὐχ αὐτὸς δέ τις χεροδιότας. Ad quem locum vide quæ annotavi. Augustinus in lib. 2. de peccatorum remissione cap. 26. vocat orationē manus impositionis.

In Capit. LXII.

σωτηρεῖσθαι σματός. In epistola prioris hæc repetitio, cum proximè antea dixerit τὸν ἀθανατοῦ σφραγίδας. Proinde non dubito quin Eusebius scriperit σωτηρεῖσθαι σματός. Sic enim baptismum veteres etiam vocabant, ut præter ceteros docet Gregorius Nazianzenus.

Ἐπεὶ δέ ποιοι Ιερόδαρει ποταμοῦ εἰνόσιου. Ne quis forte Constantinum temerè reprehendat, qui illic baptizari ambierit, ubi Dominus olim à Joanne fuerat baptizatus; sciendum est plerosque Christianorum idem temporis ambiisse. Ita Eusebius noster in libro de locis Hebraicis: Βαθαλαπά. ὅπου λιβάρινος βαθαλαπάς πέρα τοῦ Ιεροῦ ἐδεινυται τοπος. Εἰδὼς πλειον των αὐτῶν εἰς τὴν νων τὸ λατρεῖον φιλοτιμούστα λαμβάνειν. Quem locum ita vertit Hieronymus BETHBAARA trans Jordanem

A ubi Iohannes in penitentiam baptizabat: unde & n. que hodie plurimi de fratribus, hoc est, de numerorum dentium, ibi renasci cupientes, vitali gurgite liquantur. Et Hieronymus quidem verba Eusebii interpretatur de Catechumenis, qui maximo fluxu ambibant, ut in Jordane baptizarentur. Verba item Eusebii de simplici lavacro possunt intelligi. Certe diu post Eusebii ac Hieronymi extensis, uideles in eo ipso loco lavare soliti sunt, præcepto die Theophania post baptismum parvorum, ut didici ex Itinerario Antonini martyris, cuius haec sunt verba. Fuxit Jordane verò ubi baptizatus est Dominus Iesus, est tumulus cancelli circumdatus. Et in loco ubi rident aqua deinceps posita est crux lignea in iussu aqua, & ex uraque parvæ rupes strata marmore. Et in vigilia Theophaniam gnuis ubi sit conventus populorum. Et quartau gnatia vice gallo canente, sunt vigilia. Completi manutinus, primo dulcculo surgentes procedunt ad sacramenta celebranda sub deo. Et diaconi tenentes sacerdotem, descendit sacerdos in flumen. Elbora qui caput benedicere aquam, mox jordanus cum magna rugitu post reverberatur; & stat aqua superior in ista que dura baptismus perficitur: inferior autem fugit mare. Et paulo post: Baptismo autem complato descendunt omnes in flumen pro benedictione, inde dominibus quas sibi ad sepulturam servant. Idem quoque traditur in Hodœporico sancti Willibaldi quod edidit Canisius: Ad Jordaniem ubi Dominus fuit baptizatus, ibi nunc est Ecclesia in columnis lapidea sursum elevata: & subiux Ecclesiam est nunc arida terra, ubi Dominus baptizatus fuit, in ipso quoque ibi baptizant. Ibi stat crux lignea in media, & parva adversatio aqua stat illuc; & una funeraria exiens super Jordaniem hinc & inde formatur. Tunc in solemnitate Epiphanei, insirmi & ergo venientia habebant se cum funerio, & sic demerguntur uerquam. Episcopus noster Willibaldus bainavos se ibi jordane.

τὸν δέ τις ποτε ποιεῖται, quemadmodum scriptum repena libro Turnebi ac Morzei.

μὴ διώσθαι αὐτοὶ οἱ λαοὶ τις γενέσθω. Horum verborū sensus latius oblitus est. An Constantinus id voluit dicere? Cessent jam omnes dubitare de me, utrum revera Christianus sim. nemo in posterum suspicetur me verbis duntaxat, non ex intimo corde affectu, fidem Christi amplectum fuisse. Poterit D jam ἀποκείται hoc loco lumi pro arcendo. Id est: Omnis moris, omnis amoreatur dilatio. Qui quidem sensus magis coheret cum præcedentibus. His enim verbis temetipsum accusat Constantinus, quod scilicet salutare lavacrum nimis distulerit, quodque tamdiu quasi anceps ac dubius hæc nec gentilium ritus ac ceremonias colens, nec Christianorum lacra suscipiens.

Ἐπεὶ δέ ποιοι. Horum verborum duplex sensus deferriri potest; aut enim ὁριζεται subaudit τῷ θεῷ, quod sensum secutus est Interpres hujus libri. Aut certe subauditur ὁριζεται μοι, quem quidem sensum vensem puto. Certè in codice Regio post vocem ἀπο- media distinctio ponitur. Deinde vox illa ἀπο- λογία ostendit Constantinum de seipso loqui. Postea mōsi hæc de Deo intellegentur, non dixisset Constantinus τῷ θεῷ λαθεῖ, sed τῷ αὐτῷ.

προσδιαγεῖται ἀμφότεροι. In libris Turnebi ac Morati ad marginem emendatur *προσδιαγεῖται ἀμφότεροι*, quod magis placet. Porro hoc verbum *διατίλθεται*, eo sensu frequenter accipitur in sacris libris.

Pag. 558. *ἰτιλεῖστο.* Non possum probare versionem Interpretum, qui *ἰτιλεῖστο* transtulerunt *initiatus est*, quasi si geretur *ἰτιλεῖστο*. Ego vero interpretari malui *consummatus est*. Sic Cyprianus in Epistola 73. ad Jubajanum pag. 145. *Quodcumque apud nos geritur, ut qui in Ecclesia baptizantur, Propositi Ecclesie offerantur, & per nostram orationem ac manus impositionem Spiritum sanctum consequantur, & signaculo Domino consummentur.* Ceteri Graeci Patres baptismum vocare solent *τιλέσιν*, id est perfectionem & consummationem. Sic Athanasius in oratione 3. contra Arianos, *ἡ διατίλησις ἐν τῷ τιλεσίστε τῷ βαπτισμῷ συγκατανομάζεται τῷ πατρὶ ὁ ιησος.* Et paulo post in *διατίλησιν σωματισμίται τῷ ποιησατεῖς τῷ τάγτων τιλεσίστε.* Item aliquanto post *τιλεσίστε* ponit pro baptizari. *ἐν βαπτισμῷ πατήσῃ, σύντονος τοῦ βαπτίσεται ἡ διὰ τὸ βαπτίσεται, οὐτοῦ ἐν ποιησατεῖς τῷ τιλεσίστε.* Et sequente pagina baptismum iterum vocat *τιλεσίστε*, ita scribens. *eis γέρνουσα πατέρος ἡ γῆ διδοται τιλεσίστε, &c.* Quibus in locis P. Nannius semper vertit *initiationem*. Sed & Gregorius Naz. in oratione prima contra Julianum, baptismum eodem vocabulo appellat *τιλατιμόνιον* οὐχ ἐστι τὸ λογοτεχνικὸν διατριβεῖται. τῷ καθ' ἡμῶν τιλεσίστε τὸ μόνον ἀντιτίθεται. Denique Clemens Alexandrinus in libro 1. Pedagogi, baptismū variis nominibus appellari scribit. Interdum enim *χαρισμα*; interdum *φάντημα* dici; modo *λοντρόν*. Deinde causam subjungit cui vocetur *τιλεσίστε*: *τιλεσίστε*, inquit, dicimus id cui nihil deest. Quid porro deest illi qui Deum novit, & qui gratiam Dei possidet, & vita jam fructus aeterna. Ex quo ita concludit Clemens; omnes qui in Christum crediderunt, & sacro lavacro tincti sunt, jam perfectos esse. *οὐτοὶ τοπικοὶ μόνον τοῦ διατονθύσαται, τιλεσίστε δὲν εἰναι.* Apud Latinos quoque perfecti Christiani dicebantur, qui baptismum suscepserant, tametsi manus impositionem ab Episcopo non accepissent. Vetus auctor de hereticis non rebaptizandis: *Quod hodierna quoque die non potest dubitari esse usatum, & evenire solitus ut plerique post baptismus sine impositione manus Episcopis a seculo exant;* & tamen pro perfectis fidibus habentur. Et iterum infra pag. 135. editionis Rigaltij, perfectum Christianum ponit pro fidei: imperfectum vero pro Catechumeno: *Et ideo integrum ac sincerum & incontaminatum & inviolatum utrumque debet consistere confitentes, nullo delectu habitu opfia confessoria, sive ille iustus, sive peccator; perfectusque Christianus, an vero etiam nunc imperfectus, qui summo discrimine suo Dominum considerinon timuit.*

ὑάλετο τῷ πρεψατι. Quod plerisque in locis hujus operis accidisse jam monui, in hoc quoque admissum fuisse suspicor, ut verba transposita fuerint. Sic igitur legendum esse existimo *ὑάλετο*, *εὐραινοῦσθε τῷ πρεψατι.* Alludit enim ad illum versum notissimi Psalmi: *Cor mundum crea in me Deus & spiritum rectum innova in visceribus meis.* Porro ex hoc Eusebij loco colligitur. Constantinus non in lecto perfusum, ut argi solebant, sed in Ecclesia baptismum perceperit. Ait enim Eusebius,

A τοῦ γένετο μαρτυρίοις ἀναγνούμενοι. Mox scribe ex codice Fukerij & veteribus schedis φωτος θεωρηματος.

λαμπτροῖς ἀμφισσμασι. Notum est moris olim fuisse, ut Neophyti candidis vestibus induerentur, quas octavo demum die deponebant. Zeno Veronensis in sermone 5. ad Neophytorum: *Primus vos qui in se credentes reprobatis nullum, non aries sed agnus exceptis: qui vestram nuditatem velleris sui niveo candore vestivit.* Augustinus in sermone 157. de tempore: *Paſchalis solemnitas hodierna festivitate concluditur.* Et ideo hodie Neophytorum habitus communitatur; ita tamen ut candor qui de habitu deponitur, semper in corde teneatur. Idem testatur Beda in libro de officijs. *Septuagesima*, inquit, tendit ad sabbatum ante octavas Paſchæ, quando hi qui in vigilia Paſchæ baptizantur, alba vestimenta deponunt. Quæ verba leguntur etiam in ordine Romano. In veteri libro Pontificali Senonensis Ecclesiæ ante sexcentos annos descripto, exstat solemnis precatio quam faciebat Episcopus super Neophytis, tunc cum albas deponerent, quam hic adscribere opera premit putavi.

Benedictio in Sabbato quando albas deponunt.

Deus qui calcatis inferni legibus captiui atem nostram resoluta catenarum compagi dignatus est ad libertatis premiare vocare, ipse vobis preficit ut hanc viam transfigere, ut in illam perpetuam ipso duce possitis intrare. Amen. Tantum præbeat vobis servorem Catholicam fidem, ut sancti adventus illius suis exspectatione securi. Amen. *Vt quicumque hic meruerint purgari unde baptismi, ibi presentari valeant pro Iudei candidati.* Amen. Porro Neophyti octo illos a baptismō dies summa cum religione celebrabant: ita ut per eos dies, qui etiam octava dicebantur, nefas haberent nudo pede terram contingere, ut scribit Augustinus in Epistola 119. ad Januarium. Sed & per eos dies nudo capite incidere solebant, quod erat signum libertatis. Augustinus sermone 4. in Dominica Octavarum Paſchæ: *Hodie octava dicuntur infantium: revelanda sunt capita eorum quod est indicium libertatis. Habet enim libertatem ista spiritualis nativitas, &c.* Contra Catechumeni rectis capitibus per publicum cinedebant, cum typum gererent. Ad ea paradiso expulsi, ut ait Junilius in lib. 2. cap. 16. *Quod quidem de solis competentibus intelligendum puto, quin non solum caput, verum etiam vultum velabant, ut docet Cyrillus Hierosol. in prima Catechesi.* Hoc autem velamen ipsis auferebatur in baptismo, vel certe octavo post baptismum die. Hoc enim potius immunit Augustini verba paulo antea nobis commemorata. Idem quoque confirmat Theodosius Cantuariensis Episcopus in libro Penitentiali: *In monachorum ordinacione Abbas debet missam cantare, & iuraciones complere super caput eius; & septem dies velet caput eius; septimo die abstollat velamen. Sicut in baptismo presbyter septimo die velamen infantum tollit: ita & Abbas debet monacho, qui a secundo baptismo est iuxta iudicium Patrum, & omnia peccata dimittuntur sicut in baptismo.*

In Capit. LXXXI.

περαθαται αὐτον πεντηκοντα. Ultimam vocem addiderunt Typographi Genevenses ex libris Scaligeri &

Bongatij; quam etiam in Moræ libro adjectam inveni. Deest tamen in codice Regio, nec valde necessaria mithi videtur. In Fuk. autem codice & in libris Turnebiac Savilij, verbum πεπίστων additur post vocem φατός. Itaque error est tum in libro Moræ, tum in editione Genevensi.

In Caput LXIV.

μονάδη τὸ διπλοφραγμόν. Scribendum est μονάδη δ' ἔνοφραγμόν, ut in schedis Regiis habetur. Porro ex hocloco apparet, Pentecostem sumi non solum pro die illo qui est quinquagesimus à die Paschali, sed etiam pro septem hebdomadis quæ Pascha subsequuntur. Ita paftim usurpatum Græcum Latinī. Hieronymus in Epistola ad Marcellam: Non quo per totum annum excepta Pentecoste jejunare non licet. Hinc apud Græcos μεσημέτην dicitur dies festus, qui est vicesimus quintus à festo Paschali. Eius festi præter ceteros meminit Ioannes Chrysostomus in Homilia 5. de Anna.

In Caput LXV.

Pag. 559. *κορυτής φωνής.* Ultima vox delenda est, tametsi in omnibus libris nostris habeatur. Mox scribendum est τὸν ινεργέντα εἰπειλούσθο. ex codice Fuk. In schedis Regiis legitur ἡ πειλούσθο.

ἰκάσου τι πινθός. Scribendum est procul dubio ἱκάσου τὸ πινθός ιδιον ποιον μένον. De publico omnium luetu in funere Constantini Magni idem testatur Aurelius Victor his verbis: Funus relatum in urbem sui nominis. Quod sane populus Romæ gerrime tulit: quippe, cujus armis, legibus, clementi imperio, quasi novatam urbem Rom. arbitraretur. Seio quidem hæc Aurelij Victoris verba intelligi posse de civibus Romanis, qui ægre tulerint, quod Constantini cadaver Constantinopoli potius quam Romæ humatum fuisset. Sed tamen Victorem aliud sensisse existimo; omnes scilicet Romani orbis incolas obitum Constantini acerbissime tulisse. Qui sensus plane confirmatur sequentibus verbis: Quippe cujus armis, legibus, clementi imperio quasi novatum orbem Romanum arbitratur. Sic enim legendum est, non autem urbem Romanam.

In Caput LXVI.

ἀλουργῆν ἀλουργός. Alterutra vox superflua est. Cetero Fuk. codex posteriore tantum habet, cui subscribit liber Turnebi.

ἐπάντα τὸ πάντοις φροφέστι. Rectius in Fuk. ac Turnebi libro legitur επάντα τὸ πάντας φροφέστι τῶν βασιλείων σῖκον. Sed omnino scribendum est εἶναι, ut supra in lib. 3. cap. 10.

In Caput LXVII.

Pag. 560. *εἴτε ίπεξια.* Id est, honorati. Sic Latini vocant eos qui honores gesserant, ut fuisse notavi ad librum 14. Amm. Marcellini. Quibus adde locum Gaudentij Brixiensis Episcopi in Epistola ad Benevolum: Nam sicut honoratorum nostræ urbi, sta etiam Dominica plebi, Domino annuente, dignissimum caputes.

ἐβασιλεὺς δὲ μὲν Θάνατος μόνος. Post obitum Constantini, interregnum fuit, nec ullus in orbe Romano Augustus imperavit. Quod quidem interregnum non modo usque ad Constantini sepulturam perinansit, sed usque ad diem 5. Idus Septem-

bres, ut testatur Idatius in Fastis. Ita tribus mensibus ac dimidio, orbis Romanus sine Augusto imperio fuit. Quippe toto illo tempore quod ab in. Cal. Junias usque ad 5. Idus Septembres intercesserat, filii eius Cæsares tantum dicebantur. Cetero Constantinus Junior in Epistola ad Alexandrinos quæ data est post obitum patris, Feliciano & Timato Coss. die 15. Cal. Julias, Cæsar donatax inscribunt. Extat hæc Epistola apud Athanasium in Apolog. sub finem.

In Caput LXIX.

τὸ στλών τὸ εφάντην βασιλεῖον. Item testatur Aurelius Victor his verbis: Funus relatum in urbem sui nominis. Quod sane populus Romanus gerrime tulit: quippe cujus armis, legibus, clementi imperio quasi novatam urbem Rom. arbitraretur.

In Caput LXX.

ὁ δε δύτις τὸν πατέρα. Constantius Cæsar, quem pater Orienti præficerat, audit patris valitudine iter arriperat, ut parentem suum ante obitum viseret. Sed morbi vis desiderium filii frustra est. Nam cum Nicomediam venisset, parentem jam defunctum reperit, ut scribit Julianus in oratione prima de laudibus Constantij pag. 29. Cum Julianus no consentiunt etiam ceteri historiæ Scriptores. Solus Zonaras Constantium Cæsarem qui tunc erat Antiochia, vivente adhuc patre supervenisse scribit, eique mortuo funus magnificissimum duxisse.

τὸ πόλει ταῦτο φροσενόματι. Penultima vox addita est à viris doctis, ex conjectura ut opinor. Videtur tamen aliquid amplius deesse, ac fortasse ita scriperat Eusebius τὴν εἰσιν εἰπων με πόλει. Ex his patet, Constantini cadaver honorifico cultu servatum esse Nicomedia, usque ad Constantij Cæsaris aduentum. Qui cum venisset Nicomediam, patris funus deduxit Constantinopolim. Quare nullus auctor Chronicus Alexandrinus, qui Constantium recte Constantinopolim venisse, atque ibi paternas exequias celebrasse scribit.

In Caput LXXI.

ἐπὶ δὲ οὐσιαχάρη. Horum verborum duplex sensus afferri potest. Aut enim significat Eusebius, Constantium Cæsarem cum patris arcem in Ecclesia depositum fuisse, statim cum militibus ex Ecclesia difcessisse; aut id tantum vult, Constantium eare peracta, lecessisse ex medio Ecclesiæ, ut sacerdotibus locum daret. Quam quidem sententiam veriorem puto. Nam Constantius licet nondum salutari larcinatus esset, erat tamen Catechumenus, ut docet Sulpicius Severus in libro secundo histotiz.

βασιλεῖαν ιδεῖπετο. Interpretes hæc de Deo dicit crediderunt, qui Imperium Constantini liberis donavit. Ego vero re attentius examinata, de ipso Constantino dici censeo, qui regnum filii etiam mortuus tradidit. Idque confirmant sequentia,

ἡ τὰ αναστατίντα αὐτῷ. Scribendum videbor in kura τὰ αναστατίντα αὐτῷ. Optaverat Constantinus, ut post obitum, non sicut reliqui Principes, consecraretur atque inter Divos referretur: sed ut cum Apostolis sepultus, particeps fieret orationum, que

in eorum honorem à fidelibus Deo offerri solent, A Porro in codice Regio ad marginem hujus capituli, ut supra dixit Eusebius in cap. 60. Ex quo apparet, Græcus Scholastes hæc verba in honorem Constantini adscripterat: εἰς αἰώνιον μυητέων έστι τὸ οὐρανός διατάξεων προσκαταβατεῖ. Sed & passim in hoc operæ laudibus ac votis eum alpergit idem ille Scriba. In Fuk. codice scribitur κράτος. *Qod confirmat Eusebius in dicto capite 60.* Delendum quoque est punctum, quod paulo post apponitur tum in Regio codice, tum in vulgatis editionibus; legendumque uno ductu omni τῷ τῷ διοτέλεσθαι πατρῷον τὸ μήνα τῷ τῷ προπλακατεῖν γράψειν. *Quo nihil certius: ut mires Interpretem id non vidisse. In codice Fuk. hic locus ita legitur: οὐδὲ τῷ παντὶ αὐτίντα διτῷ, τόπον οὐ τῷ τῷ αὐτῷ κατέχεσθαι μήνην, οὐδέποτε οὐτε τῷ τῷ τῷ αὐτῷ. Necque alterius libris Turnebi ac Savili: nisi quod Savilius habet τόπον έν τῷ τῷ τῷ αὐτῷ. Et. At in schedis Regii hunc locum ita scriptum inveni, κατα B αὐτούς αὐτίντα αὐτέν, τόπου αὐτῷ τῷ τῷ αὐτῷ. Quia lectio ad emendationem nostram proprius accedit. Porro voces illæ ἀστιγματίσται εἰναι, per parenthesis dicuntur: Idque innuit illa codicis Fuketiani interpunctio, quam supra exhibui.*

αὐτὸν δὲ τῷ βασιλείᾳ. Scivo αὐτὸς δὲ τῷ τῷ β. καὶ μῆδας τοιεπικηφεῖτο, quod confirmant sequentia. Atque ita in codice Fuk. diserte scriptum inveni.

*μετρίας μητρῶν θεασάσδε. Hujusmodi erat inscrip-
tio, legibus & Epistolis Constantini praefigi solita,
ut passim testatur Eusebius: Vetus Constantinus Ma-
ximus Augustus. Pronomen Victoris sumpsum Con-
stantinus post partam de tyrannis vicitur. Sed &
filii ipsius quasi hereditario jure illud retinuerunt,
ut docent corundem Epistolæ. Porro ex hoc loco
apparet, post obitum Constantini Maximi, tribus
circiter mensibus, id est: toto interregni spatio, leges
omnes atque edicta, Constantinus tanquam superstiti-
tis nomine inscripta fuisse, cùm nullus alias Augu-
stus esset in orbe Romano, ut supra observavi. Po-
test etiam intelligi hic locus de liberis Constantini
magni qui eodem titulo & nomine utebantur; & in
quibus pater reviviscere videbatur. Quam interpre-
tationem confirmant sequentia.*

*μετρίας κράτος. Scivo διερχόμενος, ut respondeat
ei verbo quod multo ante præcessit, κατηγόρος.*

A Porto in codice Regio ad marginem hujus capituli, Græcus Scholastes hæc verba in honorem Constantini adscripterat: εἰς αἰώνιον μυητέων έστι τὸ οὐρανός διατάξεων προσκαταβατεῖ. Sed & passim in hoc operæ laudibus ac votis eum alpergit idem ille Scriba. In Fuk. codice scribitur κράτος.

In Caput LXXII.

πολυτελεστος. Savilius ad oram libri sui notat le- Pag. 563.
gendum esse πολυτελεστός, cui assentior, mallem tamen πολυτελεστών.

In Caput LXXIII.

ἐγκαταλύμαντον πλάνηφαλων χρήματι. Ultima vox delenda mihi videtur, quam ex margine in textum irreplibile est. Adscriptum autem erat in margine χρήματι, ad explicationem vocabuli sequentis ψηφατι. Quod vero ad marginem editionis Genevensis legitur διασφατι. meo quidem judicio ineptissimum est. Neque Græci sermonis proprietas eam locationem admittit. Porro in plerisque nummis Constantinus capite galeato conspicitur.

In Caput LXXIV.

χριστιανῶν διαφανές. Scribendum est sine dubio χριστιανῶν. Scribendum quoque est μέντος πάποις βασιλίων, aut certe subaudiendum. Ceterum Eusebius neminem excipit ex numero Imperatorum Romanorum, dum ait primum ex omnibus Constantium palam & aperte Christianum fuisse. Quod certe verissimum est. Etsi enim Philippus Imperator Christianus fuisse à nonnullis proditur, non tam Christiam religionem, perinde ac Constantinus, palam professus est. Alio sensu Orosius in libro 7. de Constantino ita scribit: Primus Imperator Christianus, excepto Philippo, qui Christianus annis admodum paucis ad hoc tantum constitutus fuisse nubis visus est, ut millesimus Roma annus Christo potius quam Idois dedicaretur.

διπόσον λιγότερον. Malim legere διπόσον λιγότερον διπότερο διαφανόν, &c. Id est, quantum apud se discrimen esset.

HENRICI VALESII ANNOTATIONES IN ORATIONEM CONSTANTINI IMP. AD SANCTORUM COETUM.

*P*ost quatuor libros de vita & pietate Imperatoris Constantini, duas orationes Eusebius subjecerat; alteram Constantini Imp. ad Sanctorum coetum, sive ad Ecclesiam Dei: alteram à seipso conseriptam de fabrica & donariis martyrum Hierosolymitanorum, ut ipsem Eusebius testatur in cap. 32. & 46. libri quarti. Sed posterior quidem Eusebij oratio hodie non extat. Prior autem illa

totmendis inquinata est, ut pene satius fuerit eam non extare. Verum cum hoc eximium sit monumentum religiosi Principis, cuiusque studiorum & ingenij illustre specimen, opera pretium facturus mihi videor, si in eo emendando atque explicando curiam ac diligentiam adhibuerem.

τοιεπικηφατι. In capite 32. lib. 4. legitur τοιεπικηφατι, quod præferendum puto. Hic igitur titulus fuit